

Anastasio Mariano Suárez OFM

---

LOGICA  
(1793)

Transcripción, Introducción y Notas:

Celina A. Lertora Mendoza

---



**ANASTASIO MARIANO SUÁREZ OFM**

*LOGICA (1793)*

Suárez, Anastasio Mariano

Logica 1793 / Anastasio Mariano Suárez. - 1a ed. - Ciudad Autónoma de Buenos Aires : FEPAI, 2025.

Libro digital, PDF

Archivo Digital: descarga y online

ISBN 978-987-4483-63-8

1. Lógica. I. Título.

CDD 160

© 2025 Ediciones F.E.P.A.I.

Queda hecho el depósito que marca la ley 11.925

Fundación para el Estudio del Pensamiento Argentino e Iberoamericano

Marcelo T. de Alvear 1640, 1º E – Buenos Aires

E. mail: [fundacionfepai@yahoo.com.ar](mailto:fundacionfepai@yahoo.com.ar)

**ANASTASIO MARIANO SUÁREZ OFM**

***LOGICA (1793)***

**Transcripción, Introducción y Notas**

**Celina A. Lértora Mendoza**

**Buenos Aires  
Ediciones F.E.P.A.I.**





## **Introducción**

*Celina A. Lértora Mendoza*

Los datos que poseemos sobre la vida y obra este profesor han sido recogidos en la obra de Guillermo Furlong. Sobre su postura filosófica, Suárez se muestra ecléctico y con ciertas vacilaciones intraescolásticas, como casi todos los franciscanos de su tiempo. En 1792 fueron defendidas por sus discípulos unas Conclusiones que sintetizan su pensamiento. Me he referido a sus ideas filosóficas en mi traducción a su Curso de Lógica, editado como

Anastasio Mariano Suárez OFM

*Curso de Lógica (1793)*

Transcripción, Traducción, Introducción y Notas

Celina A. Lértora Mendoza

Buenos Aires - Ediciones F.E.P.A.I. - 2006

El Curso de Lógica y Ética es el único exponente existente (hallado hasta) hoy de la tarea docente de Suárez, y se conserva en un solo ejemplar, en la Biblioteca del Convento de Santo Domingo de Buenos Aires, sin signatura. Su carátula es la siguiente

*Cursus Philosophicus Veretum / Recentiorumque philosophorum  
Doctrinas complectens quatuorque / continens Partes, Logicam  
nem/pe, Ethicam, Metaphysicam / et Physicam, Jesús / Aguatero*

Una segunda carátula, marcada con el inicio del *Primum codex* dice:

*Cursus philosophicus veterum /recentiorumque philosophorum  
doc/trinas continens quatuorque in / partibus distributus in  
Logicam /scilicet, Ethicam, Metaphysycam / et Phosicam [...]  
dictatus a Patre / Fratre Anastasio Mariano Suarez in hoc undecim  
millium Virginum Bonaerensis Franciscano Convento anno /  
Domini 1793. Et pertinet ad usum Joanes Josephus / a Ximenes de  
Ortega, die 14 Junii Anno Domini 1793.*

Es evidente, pues, que la obra perteneció a dos personas, el escribiente Jiménez de Ortega y Jesús Aguatero, que seguramente añadió de su mano la primera carátula, aunque ignoramos en qué año. El códice mantiene su encuadernación original de cubiertas de cartón forradas en pergamino desnudo, sin doraduras y con tientos para atar, en tamaño común de octava. El papel es vegetal, liso, sin satinado, y la tinta es negra ferruginosa fluida. Las páginas y la escritura se conservan en buen estado, aunque el papel ha sido atacado por larvas de polilla.

La obra consta de 274 páginas útiles, subdividiéndose internamente en 14 cuadernillos de desigual número de folios; la cantidad de líneas por página se mantiene alrededor de las treinta. La letra es del tipo bastarda moderna española, con pocas variantes con respecto a la actual, es pareja y regular. La ortografía latina no es muy correcta y presenta errores derivados de la tendencia a escribir de acuerdo a la pronunciación habitual y no a las reglas gramaticales

El curso contiene dos disciplinas, Lógica y Ética, de muy desigual extensión, ya que mientras la primera es un curso prácticamente completo, la segunda es una aproximación temática parcial. La Lógica, a su vez, se divide en dos grandes partes: en la primera presenta una suma de cuestiones de lógica formal, y en la segunda –denominada Lógica

*CURSUS PHILOSOPHICUS - LOGICA - 1793*  
CELINA A. LÉRTORA MENDOZA - INTRODUCCIÓN

Mayor o Dialéctica— desarrolla discusiones tradicionales escolásticas sobre las tres operaciones intelectuales.

encontrados, lo cual estaría muy en consonancia con el perfil intelectual rioplatense en los últimos años coloniales.

Presento ahora la transcripción del curso según el texto latino del manuscrito conservado. La numeración por párrafos es mía, siguiendo los puntos y aparte del original. La paginación también es mía, y se indica con los números entre corchetes.

Dado que muy probablemente la transcripción se use para estudios de tipo textual, he considerado conveniente una versión facsimilar, línea por línea numeradas, para cada página. En nota sólo se incorporan las observaciones que no tuvieron cabida en la traducción.

ANASTASIO MARIANO SUÁREZ OFM

[p. 1]

CURSUS PHILOSOPHICUS VETERUM  
RECENTIORUMQUE PHYLOSOPHORUM  
DOCTRINAS COMPLECTENS QUATUOURQUE  
CONTINENS PARTES. LOGICAM NEM-  
<sup>5</sup>PE, ETHICAM, METAPHYSICAM  
ET PHYSICAM, ETC. JESÚS  
AGUATERO

[p. 2]

Jiménez Ortega  
Quonia  
Ganania  
Mi más estimado y que

[p. 3]

CURSUS PHILOSOPHICUS VETERUM  
RECENTIORUMQUE PHILOSOPHORUM DOC-  
TRINAS CONTINENS QUATUORQUE IN  
PARTIBUS DISTRIBUTUS, IN LOGICAM  
<sup>5</sup>SCILICET, ETHICAM, METAPHYSICAM  
ET PHYSICAM

Juxta mentem Subtilis Marianique Doctoris Joannis Duns  
Scoti, Theologorum principios, Philosophorum Phoenicis, Immacu-  
lataeque Conceptionis, solis justitiae propugnatoris et vindi-  
<sup>10</sup>cis.

Inclyto desiderio Martiri praeclaroque Sacrarum Scripturarum interpreti, primo Sacrae Theologiae magistro in orbe serafico, Divo Antonio Paduano, didacus a Patre Fratre Anastasio Mariano Suárez in hoc Undecim mil<sup>15</sup>lium Virginum Bonaerensis Franciscano Convento, anno Domini 1793, et pertinet ad usum Joannis Josephus à Ximenes de Ortega; die 14 junii anno Domini 1793.

[p. 3]

PRAEFATIO AD PRAEDELECTOS AUDTORES

**1.** Dilecti in Christo admodum juvenes, auditoreque praeclari atenti

[p. 4]

principiis ad scientiam ipsam hodierno sole advolantes, veluti sapientiae, sapientumque aemuli et invidi istis desideratis sapientiam, bonum equidem desiderium posidet cor vestrum bonaque stola cupid anima vestra induere. Vir enim sapiens patris<sup>5</sup> patriaeque honor, solatium Ecclesiae, utilis principibus, proficuus pauperum, solatium sibique ipsi regula est et mensura bene vivendi, ad oportet sapientem, humilem esse ut dicunt atque prudentem, ne in superbia elatus in judicium incidat et in laqueum diaboli.

**10 2.** Ad nova proelia doceti estis vobis mens logicalibus instructa praeceptis in scuto et pharstra sagittisque viriliter dimicat. In hoc ergo philosophie cursiculo brevi claraque methodo parabo vobis volumen,

ut absque ullo timore dicere vobis audeam; comedite de volumine  
<sup>15</sup> isto et ambulate in fortitudine illius; non tamen ita bre-  
vis ero ne fonte brevitas confusionem paret, nam illius dicti  
memor: *dum brevis esse volo, confusior fio*: nam plu-  
rimas quaestiunculas quas peripateticas vocant, ne in va-  
num tempus consumatis.

<sup>20</sup> **3.** Eia ergo, animos ergite: sapi-  
entia ergo facilis videtur ab iis qui diligunt eam, et inve-  
nitur ab iis qui quaerunt cogitare, ergo de illa sensus est  
consummatus, quoniam dignior se ipsa circquaerens, et in viis  
suis ostendit se illis hilariter, et in omni providen-  
<sup>25</sup> tia occurrit illis. Refundite ergo studium vestrum in  
honorem Dei semper pro oculis ejus timorem habentes  
*initium sapientia timor Domini est*: sic enim omnia  
bona pariter cum illa venient vobis, et pater lumi-  
num erit magister vester, via et vita.

<sup>30</sup> **Valete.**

[p. 5]

Incipit prima pars philosophiae nempe Logica

**4.** Logica appellari solet prima philosophiae pars, aethi-  
mologia tradita à graeco verbo Logos, rationem vel ser-  
monem significanti, quapropter philosophia rationis  
<sup>5</sup> dicitur qua tota incumbit directione potentiae inte-  
llectivae, et quia 3 sunt intellectus operationes, 3 in par-  
tes Logicam dividere necesse est, ut unicuique operatio-  
ni sua corresponeat pars. Operationes ergo inte-  
llectus prout a Philosophis traduntur sunt sim-

<sup>10</sup>plex apprehensio, judicium et discursus.

**5.** Prima sic definitur: **est cognitio rei absque ulla affirmatione vel negatione, vel clarius est nuda contemplatio rei.** Sed quia ideae nominibus explicantur oportet <sup>15</sup> hic scire quid sit nomen; **nomen ergo est vox significativa ad placitum qua idea mentis repraesentatur, aut idearum objecta sine tempore,** in qua significatione comprehenduntur adverbia, quae aliquid significant, gerundia, quae necessitatem important, verbi imperativi modus, qui significat imperium, optativi, qui significat desiderium et infinitivus, qui significat affirmationem ut dum legimus Sapientia justorum est nihil fingere.

[p. 6]

Idea ergo multifaria accipitur, sed multoties dividitur; alia est enim idea objectiva, formalis alia; **prima est ipsa repraesentatio objecti, formalis est ipsa affectio mentis percipientis.** Inter <sup>5</sup>dum dividitur idea a Cartesio in innata, adventitia et factitia; idea innata dicitur illa, **quae mobis est a primo vitae momento usque ad extremum; adventitia dicitur illa quae modo est in nobis, postea vero non est.**

<sup>10</sup> **6.** Factitia est illa quam intellectus efformat ex cognitione aliarum rerum quae ante fuerant in mente. Insuper distinguitur idea in simpli-

cem et complexam: idea simples **dicitur illa quae unicō objecto repraesentatur**, complexa vero est **quae du<sup>15</sup>plice vel multiplici objecto repreaesentatur**, denique alia est vera, et alia falsa: **vera est quae conformatur cum objecto**; falsa vero econtra **est illa quae est disconformis cum suo objecto**.

**7. Secunda vero**

<sup>20</sup> intellectus operatio nempe judicium, est cognitio rei cum affirmatione, vel negatione, v.g. “Deus est omnipotens”, in quo judicio affirmatur omnipotentia de Deo; hic notate quod in omni judicio tria necesario inveniuntur, sive explicite sive implicite posita, scilicet subjectum <sup>25</sup> de quo aliquid dicitur, praedicatum, quod dicitur de subjecto, et verbum uniens praedicatum cum subjectum, et copula nominatur, ut in judicio antea apposito

[p. 7]

in quo ly “deus” est subjectum, ly “omnipotens” est praedicatum, ly “est” est verbum seu copula uniens praedicatum cum subjecto.

**8. Multoties contingit quod in hoc judicio so-**  
<sup>5</sup>lum inveniantur subjectum et copula quia praedicatum manet inhibitum in ipsa copula, ut in hoc judicio: “Deus scit”, idem valet, ac “Deus est sciens”, interdum etiam erit verbo exprimitur judicium v.g. “amo”, quod idem valet ac “ergo sum amans”; hic advertite quod dum <sup>10</sup>judicium ore profertur dicitur propositio, et in argumentatione posita vocatur extremitas: unde

si in propositione expresse ponantur subjectum, copula et praedicatum propositio dicitur de tertio adjacente, si vero in propositione explicite sint subjectum et copula, praedicatum vero sit implicitum in copula, tunc propositio dicitur de secundo adjacente; denique unico verbo exprimatur propositio dicitur de primo adjacente.

**9. Tertia intellectus operatio,**

<sup>20</sup> quae ratiocinatio seu discursus dicitur, est oratio **in qua ex uno vel duobus judiciis aliud inferatur particula 'ergo' vel 'igitur' copulatum:** ut in his judiciis: “summe bonum est summe diligendum, sed Deus est summe bonum, ergo Deus est summe diligendus”; <sup>25</sup> “homo est rationalis, ergo est risibilis”, in quo judicio affirmatur risibilitas de homine. In omni ergo judicio ut jam dixi, tria necessario inveniri debent.

[p. 8]

Quando ergo in discursus ex duobus judiciis aliud infertur explicite positus dicitur syllogismus; si vero ex uno judicio explicito, aliud infertur, dicitur enthymema, quia una ex propositionibus in <sup>5</sup> mente retinetur, tamen scire oportet quod in omni judicio seu discursus tria necessariis inveniuntur judicia, vel implicite vel explicite positae; unum nempe quid inferatur ex duobus explicitis, vel uno explicito et alio implicito; quando discursus <sup>10</sup> constat ex tribus judiciis explicite positis, primum dicitur major extremitas, secundum minor, tertium

et ultimum dicitur consequens; particula “ergo” vel “igitur” consequentia nominatur: quando ex presse ponuntur duae tantum enuntiationes, in quibus una ex alia infertur, tunc ticitur enthymema, et prima propositio vocatur antecedens, secunda consequens; in omni tam syllogismo quam enthimema, tres necesario inveniuntur termini, nec plures, nec pauciores, qui extremitates numeratur: major, minor et medius terminus. Major extremitas probatur de minori extremitate, medius autem terminus numquam ingreditur in conclusione.

[p. 9]

LIBER PRIMUS DE  
PERTINENTIBUS AD PRIMAM  
INTELLECTUS OPERATIONEM

**10.** Ideae nullo alio modo possunt explicare nisi terminis nam ex iis efformantur enuntiationes, et ex enuntiationibus ratiocinatio. Ordo enim naturalis postulat ut prius agamus de termino, ut ab imperfecto ad perfectum progrediamur, et recto tramite veritatem inquirimus.

**10 11.** Terminus ergo ab Subtile Doctore definitur: **extremum per se propositionis categoricae**: propositio categorica est illa quae constat subjecto, copula et praedicato, ut ista: “Petrus est Sanctus”.

**12. Quia intellectus noster uno**

<sup>15</sup> intuitu attingere non potest variam terminorum dextitio-  
nem oportet terminus dividere. Terminus enim alias po-  
sitivus, alias privativos, negativus alias: terminus posi-  
tivus est **qui rem positivam significat**, ut “Petrus”, “lapis”,  
et alia hujusmodi. Privativus est **qui significant formam**  
<sup>20</sup> **in subjecto acto ad aliam habendam**; ut caecitas in ho-  
mine, nam lapis caucus dici nequit. Negativus est  
qui rem cum negatione significant, seu melius qui nihil de

[p. 10]

termine significant, ut “non homo”, qui significant omne  
excogitabile praeter hominem, ut clare intelligatis, ad-  
vertite quod negatio dupliciter sumi potest, negan-  
ter scilicet et infinitanter: quando negatio appe-  
<sup>5</sup>llat supra copulam propositio redditur negativa,  
et terminus infinitus tunc negatio sumitur negan-  
ter; quando vero negatio appellat supra terminum  
propositio redditur affirmativa, et terminus redditur  
infinitus, ut “non Petrus”.

<sup>10</sup> **13. Insuper dividitur termi-**  
nus in categorematicum et syncategorematicum:  
**primus est qui se solo significant, vel poni potest**  
**subjectum aut praedicatum in propositione**, ut sunt  
omnia nomina substantiva in casu nominandi.

<sup>15</sup> Terminus syncategorematicus est **qui se solo nec**  
**significant, nec poni potest subjectum aut praedica-**  
**tum in propositione**, et ideo significativas dici-  
tur, talia sunt omnia nomina adjactiva in quo-

cumque casu. Insuper alias est terminus abs-  
<sup>20</sup>tractus, concretus alias: primus est qui significant  
formam vel modum, veluti tanctum vel separatum ab  
alio, v.g. albedo. Concretus **est qui significant for-**  
**mam vel modum tamquam in subjecto inhaesionis, vel**  
**denominationis**, ut album, qui significant albedinem  
<sup>25</sup>ratione cuius subjectum dicitur album. Item

[p. 11]

dividitur<sup>1</sup> terminus in simplicem et complexum; primus  
est qui una et simplice voce declaratur, v.g. “leo”, “lapis”.  
Secundus est, qui duplex idea correspondet in mente,  
v.g. “rex”, quod non solum significant personam ali-  
<sup>5</sup>quam sed etiam auctoritatem regendi.

**14.** Insuper divi-  
ditur terminus in proprium et communem; primus est qui  
unum tantum determinate significant, ut “Petrus”, communis est qui nu-  
meri singulari plura significant, ita ut de singulis valeat  
<sup>10</sup>praedicari, ut “homo” praedicatur de singulis hominibus.  
Terminus communis alias est penes rem et penees vocem,  
qui dicitur univocus, alias est communis penes nomen  
tantum, qui dicitur aequivocus; primus est qui signify-  
cant plura ut convenientia, ut “homo”, qui significant om-  
<sup>15</sup>nes homines ut convenientes in natura humana; secun-  
dus est qui significant plura quae plura sint diversae ratio-  
nis, v.g. “galli” qui significant avem domesticam,  
et hominem francum. Inter univocum et aequivocum

<sup>1</sup> Original *dicitur*, corrección por el sentido.

mediat terminus analogus qui significant plura par-  
20tim plura sint partim eadem, ut sanitas respectu  
pulsus et hominis.

CAPUT PRIMUM  
DE VOCIBUS UNIVERSALIBUS

**15.** Cum schola agat de rebus traditis ab aliqua scientia utitur  
25 vocibus, quibus rerum imagines intrinsecus depingat, qui-  
bus omni obscuritate sublata, objectos similimos reddat,  
sed ut facilius intelligatis sequentia advertere oportet,  
quod cujuslibet rei essentia est totum qualescens ex par-  
tibus essentialibus, quae si sint realiter et identificate

[p. 12]

essentia metaphysica appellatur. Ex his partibus una  
semper dicitur indifferens, ut rem illam vel aliam  
constituat, quae ideo determinabilis dicitur, et a Philo-  
sophis genus appellatur.

**5 16.** Alia compositi pars est deter-  
minative, determinatque partem indifferentem, seu deter-  
minabilem ad hoc prae alio compositum constituendum,  
quae pars dicitur differentia. Compositum illud ex  
his partibus consurgens dicitur essentia vel species;  
10 ex hac essentia sic constituta aliquae oriuntur per-  
fectiones et proprietates ab ipsa inseparabiles, quae  
semper et solo ipsi convenient, ut dicuntur propri-  
um, denique composito superadduntur aliae propri-  
etatis, quae separabiles sunt, et haec proprietates acci-

<sup>15</sup>dens nominantur.

**17.** Exemplum habemus in hominem  
in quo datur ratio animalis, quae in se considerate  
est indifferens ad esse rationalis vel irrationalis, id ea  
qua determinabilis dicitur et a Philosophis genus  
<sup>20</sup> appellatur et ut praedicabile sic definitur: **est quod  
convenit pluribus specie distinctis et pars essenti-  
alis determinabilis.** Datur etiam in homine principi-  
um discurrendi, seu rationalitas, qua ratio animalitatis  
determinatur ad esse potius hominis quam equi, et  
<sup>24</sup> differentia dicitur, cuius definitio est **quae convenit  
pluribus numero distinctis, ut pars essentialis de-  
terminative.** Totum consurgens ex genere et dif-  
ferentia dicitur essentia, seu species et **definitur**

[p. 13]

quae praedicatur de pluribus numero distinctis ut tota essen-  
tia, v.g. homo.

**18.** Homini sic constituto convenient aliquae pro-  
prietates intrinsecæ, et inseparabiles, in proprium, defini-  
<sup>5</sup>turque **quod convenit pluribus numero distinctis ex-  
tra essentiam**, sed inseparabiliter, v.g. risibilitas. Deni-  
que sunt in homine aliquae affectiones, quae etiam si ab  
illo separantur essentia non destruitur, et accidens no-  
minantur, v.g. philosophia definiturque accidens  
<sup>10</sup> ut praedicabile, **quod convenit pluribus numero distinc-  
tis, contingenterque inseparabiliter, vel alio modo  
quod ad esse vel ab esse absque subjecti corruptione**

**potest.**

CAPUT SECUNDUM  
<sup>15</sup> DE PRAEDICAMENTIS

**19.** Praedicamenta dicuntur suprema quaedam genera, in quibus omnia substantia singularis praedicata continetur, et cum decem sint, quae sciri possunt de qualibet re singulari, scilicet, quid sit, quanta sit, qualis sit, ad quae referatur, quid operetur, quid patiatur, ubi nam existat, quando extiterit, quo situ, et quibus ornetur; decem etiam sunt praedicamenta, videlicet: substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, ubi, quando, situs et habitum, de quibus singulis breviter agentur.

**25 20.** Substantia est per se existens, et non alteri inhaerens, sed caetera omnia substat, seu quasi substentat.

[p.14]

Est duplex, alia corporea, ut lignum, lapis, aer, ignis et similia; alia incorporea, ut anima rationalis, angeli, et omnes spiritus beatorum. Substantia corporea alia vivens, alia non vivens: vivens <sup>5</sup> alia motum progressivum habens ut animal, alia tali motu carens ut planta. Hic advertite quod substantia non accipitur magis et minus, et sic gigans non est magis homo quam pigmeus, licet sit major homo.

**10 21.** Quantitas est

**mensura seu magnitudo substantiae, quae respondatur dum quaeritur quanta vel qualis sit res:** est triplex, linea scilicet, superficies et solidum. Linea est **qua metitur corpus in longum tantum**, superficies est <sup>15</sup> **qua metitur corpus in longum et talum simul**; denique solidum est **qua metitur corpus in longum, latum et profundum**. Quantitas iterum alia continua, contigua alia, seu discreta: prima est cuius partes sunt inter se unitae, ut lignum. Secunda est cuius <sup>20</sup> partes sunt inter se divisae, licet conjunctae, ut acervus lapidum.

**22. Qualitas est illud quo quaelibet res est talis sive essentialiter sive accidentaliter,** sic homo dicitur spiritualis per spiritualitatem, dicitur albus per albedinem; spiritualitas autem et albedo sunt qualitates, qua tales non sunt per alias qualitates, quia quod est tale ut

[p. 15]

non indiget alio quo fiat tale, bene vero quod est tale ut quod. Relatio **nihil aliud est quam ordo seu respectus unius ad aliud**: v.g. filiatio quae est ordo seu respectu filii ad patrem; relatio vel fundatur in <sup>5</sup> substantia, et dicitur relatio identitatis, vel distinctio- nis, vel fundatur in quantitate, et dicitur aequalitatis, vel inaequalitates, et sic de aliis praedicationis, quia in omnibus fundatur relatio, nam relativa dicuntur ea, quorum totum esse est ab alio.

<sup>10</sup> **23. Actio**

est actus agentis, prout in agente, e contra passio est ipsem actus, prout in passo, v.g. actus ignis calefacientis lignum dicitur actio, ipsem actus calefactionis in lingo receptus dicitur passio. Ubi nihil aliud est, quam respectus <sup>15</sup> rei locatae ad locum, quando est ordo seu respectus rei durantis ad tempus durationis. Situs est dispositio partium corporis. Habitus est corpus quoddam alteri corpori circumpositum, v.g. pallium.

CAPUT TERTIUM  
<sup>20</sup> DE VARIIS TERMINORUM SUPPOSITI-  
ONIBUS

**24.** Termini varie supponunt, prout sunt in propositionibus, ex quibus suppositionibus variae et variae oriuntur significaciones et sunt suppositio, ampliatio, restrictio, status et appellatio, de quibus singularis breviter agemus. Suppositio est affectio termini pro suo significato; alia est simplex, personalis, absoluta alia.

[p. 16]

Suppositio simplex est acceptio termini pro suo significato<sup>2</sup> immedia-  
to, v.g. “homo est species”, ubi “homo” pro natura tantum significant. Suppositio personalis est acceptio termini <sup>5</sup> pro suo significato tantum mediato, ut “homo loquitur”, ubi “homo” supponit pro individuis. Suppositio abso-  
luta est acceptio termini communis pro suo significa-

<sup>2</sup> A continuación: *alia est simplex, personalis, absoluta alia*, tachado.

to tam mediato quam immediate, ut “homo est rationalis”, ubi pro natura et individuis supponit.

<sup>10</sup> **25.** Suppositio personalis alia distibutiva, collectiva alia; prima est acceptio termini communis pro omnibus, et singulis individuis, taliter ut de singulis valeat praedicari, ut “Apostoli sunt Sancti”. Collectiva suppositio est acceptio termini communis pro omnibus et non <sup>15</sup> pro singulis, v.g. “Apostoli sunt duodecim”. Interdum suppositio alia pro singulis generum et alia pro generibus singulorum; prima est acceptio termini communis pro omnibus et singulis individuis omnium specierum, quae continentur sub genere, ut “animal <sup>20</sup> moritur”, ubi “animal” supponit pro omnibus et singulis. Secunda est acceptio termini communis pro aliquibus individuis omnium specierum, ut “omni animal fuit in arca Noemi”.

**26.** Ampliatio est extensio

<sup>25</sup> significationis termini quod accidere valet per additionem alicuius particulae universalis, ratione cuius plus significant quam verbum denotat, v.g. “mortui

[p. 17]

surgunt”, un qua propositione “mortui” supponit pro tempore preterito. Restrictio est coartatio significationis termini, et hoc fit per additionem alicujus adjективi, ut “omnis homo doctus”, vel alicujus etiam relativi, “omnis qui studet”. Status est acceptio termini pro ipsa differentia temporis quam denotat verbum, ut “homo currit”. Appellatio

est applicatio significationis termini, ad significationem alterius termini, ut “magnus Alexander fuit Rex”.

CAPUT QUARTUM

<sup>10</sup> ALIQUA TRADUNTUR ADVERBIA  
FREQUENTER OCCURRENTIA  
TAM IN LOGICA QUAM  
IN ALIIS SCIENTIIS

**27.** Logica enim varios debet explicare terminos, qui tam ipsa  
<sup>15</sup> quam in aliis scientiis frequenter occurrant, primo enim occurredre solet essentialiter, et accidentaliter, quorum primum denotat praedicatum esse de essentia subjecti seu esse ab intrinseco ejus, convenireque essentialiter.

**28.** Accidentaliter denotat praedicatum non esse de essentia subjecti. Secundo occurrere solet materialiter quod denotat praedicatum convenire subjecto ratione materiae; formaliter vero denotat praedicatum convenire subjecto ratione formae. Absolute sive simpliciter denotat praedicatum convenire subjecto nulla facta comparatione nulloque respectu. Comparative seu respective denotat prae-

[p. 18]

dicatum convenire subjecto tantum per comparationem; etiam frequenter occurunt, **ut quo et ut quod**, quorum primum denotat qualitates qua subjectum dicitur tale, secundum vero denotat subjectum habens qualitatem seu denominationem. Virtualiter significant de-

nominatum non habere in se forma denominante,  
sed tantum virtutem ad formam producendam; econtra  
formaliter denotat subjectum habere in se formam seu  
denominationem. Per actum primum intelligitur po-  
<sup>10</sup>tentia ad operandum, per actum vero secundum intelli-  
gitur ipsa operatio, seu actus quo quis suam exercet  
potentiam.

LIBER SECUNDUS  
DE PERTINENTIBUS AD  
<sup>15</sup> SECUNDAM INTELLEC-  
TUS OPERATIONEM

**29.** Sicut de nomine agimus libro primo, quia idea  
mentis explicantur quia nomina in propositione  
posita dicuntur materia seu termini propositionis,  
<sup>20</sup> oportet prius scire, quod sit, et quotplex sit propositio. Propositio  
ergo communiter definitur a Philosophis  
oratio in qua aliquid affirmatur vel negatur de alio,  
ut in istis “Petrus studuit lectioni”, “Paulus multum  
dormit”. Quaelibet namque propositio constat  
<sup>25</sup> materia et forma, quantitate et qualitate. Ma-  
teria propositionis sunt termini ex quo com-

[p. 19]

ponitur, qui vel sunt necessaria conectionis, vel contingens,  
vel impossibilis.

**30.** Forma propositionis est dispositio et

coordinatio praedicati cum subjecto ratione cuius redid-  
5 tur propositio vera vel falsa, affirmativa vel nega-  
tiva; quantitas propositionis est extensio el coarcta-  
tio ipsius suppositionis: nempe ejus universalitas vel  
particularitas, quae semper repetenda est, a quan-  
titate subjecti, et numquam a quantitate praedicati;  
10 qualitas propositionis est ejus veritas vel falsi-  
tas. Advertite diligenter, quod notanter dixi:  
quantitatem propositiones semper esse repetendam a  
quantitate subjecti, et numquam a quantitati pree-  
dicati, nam si subjectum est universale, propositio  
15 erit universalis, si subjectum est particulare, pro-  
positio erit particularis.

**31. Propositio ex parte mate-**  
riae est triplex, nempe necessaria, contingens et im-  
possibilis; propositio necesaria dicitur illa, cuius  
20 praedicatum necesario convenit subjecto ut in  
ista: “homo est animal”. Propositio contingens dicitur  
illa cuius praedicatum contingenter convenit subjecto, v.g. “ho-  
mo est philosophus”. Propositio impossibilis dicitur illa cu-  
jus praedicatum repugnat subjecto, ut in ista: “homo est irra-  
25 tionalis”. Ex parte formae propositio alia est afirma-  
tiva, et alia negativa; prima est cuius copula principa-  
lis non afficitur negatione. Secunda est cuius copula

[p. 20]

principalis afficitur negatione. Hic notate quod inter  
loquendum dixit de copula principali, quia plurima  
sunt propositiones cum duplice copula, ut infra faven-

te Deo videbitis.

**5 CAPUT PRIMUM**  
**DE ALIIS PROPOSITIONUM**  
**DIVISIONIBUS**

**32.** Sicut enim propositio dividitur ex parte materiae,  
et ex parte formae, quia variae et distinctae pulu-  
<sup>10</sup>lant propositiones ex diversis variisque formis,  
et materiebus, sic etiam aliae et aliae sunt pro-  
positiones diversis qualitatibus, quantitatibus quae  
ornatae. Propositio ergo ex parte quantitatis  
alia est universalis, particularis alia. Propo-  
<sup>15</sup>sitio universalis dicitur illa cuius subjectum  
afficitur signo universalis, ut in ista: “omnis homo  
est animal”. Propositio particularis dicitur  
illa cuius subjectum afficitur signo particulari-  
ri, ut ista: “aliquid homo est philosophus”. Alia  
<sup>20</sup>propositio ex parte quantitatis est singularis,  
cuius subjectum est terminus singularis, vel commu-  
nis affectus aliquo signo determinativo,  
ut “Petrus”; alia denique est indefinita cuius  
subjectum est terminus communis, et nullus af-  
<sup>25</sup>ficitur signo; qua propositio, si sit de mate-  
ria necesaria erit universalis, si de materia

[p. 21]

contingenti erit particularis.

**33.** Ex parte qualitatis essen-

tialis propositio semper est affirmativa vel negativa,  
ex parte vero qualitatis accidentalis propositio sem-  
<sup>5</sup>per est vera vel falsa. Propositio vera dicitur illa,  
quae dicit quod est, et negat quod non est. Falsa vero  
propositio est illa quae dicit quod non est et negat  
quod est. Ad veritatem vel falsitatem propositio-  
num attendere debetis ad suppositionem subjecti.  
<sup>10</sup> Propositio item dividitur in absolutam et moda-  
lem. Prima est quae absolute enuntiat praedica-  
tum convenir subjecto nihil curans de modo,  
ut “homo est animal”. Propositio modalis est  
illa quae non solum enuntiat praedicatum con-  
<sup>15</sup>venire subjecto, sed etiam modum convenientiae, ut “hominem esse animal necesse est”. Pro  
cujus intelligentia advertite quod numeran-  
tur modi scilicet: necesse, contingens, possibile  
et impossibile. Propositio absoluta alia sim-  
<sup>20</sup>plex, alia complexa, composita alia. Prima  
est quae constat terminis simplicibus et incom-  
plexis, ut ista “Deus est bonus”. Complexa est cu-  
jus subjectum aut praedicatum vel ambo simul  
plures ideas complectitur, ut ista, “homo qui  
<sup>25</sup> Deum diligit legem implet”; in que propositio-  
ne subjectum integrum propositionem includens

[p. 22]

est complexum.

**34.** Hic advertite cur affirmativa pro-  
positio a negativa distinguitur, quia ut antea

diximus propositio negativa est illa,  
<sup>5</sup> nam complexa in ista propositione copula  
illius propositionis, quae est in loco subjecti nihil  
conduxit ad veritatem vel falsitatem propositio-  
nis; quapropter haec est propositio affirmativa:  
“homo qui legem non custodit damnabitur”;  
<sup>10</sup> et haec alia est negativa: “qui multum loqui-  
tur non est sapiens”.

**35.** Propositio composita di-  
citur illa quae multiplici subjecto aut praedi-  
cato constat conjunctione aliqua copulatis, quae  
<sup>15</sup> duplex distinguitur, alia oimposita copulativa  
quae plura habet subjecta vel praedicata, connexa  
conjunctione afirmativa **et** vel negativa **non**, v.g.  
“mens et vita est in lingua”; “nec Paulus studet,  
nec dormit”. Alia disjunctive, cujus membra con-  
<sup>20</sup>junguntur particula **aut**, **vel**, v.g. “homo  
aut dammatur aut salvatur”, alia conditionalis, cujus  
partes colligantur particulare conditionali **si**, v.g.  
“si Deum diligitur praeceptum impletur”.

**36.** Alia cau-  
<sup>25</sup>salis quae constat propositionibus 2 copulatis parti-  
culis **quia**, **ut**, v.g. “homo est risibilis quia est  
rationalis”. Ut quaelibet propositio composita

[p. 23]

affirmativa vel negativa dicatur, debet atendí ad con-  
junctionem componentem quae si afirmativa sit pro-

positio composita erit affirmativa, quamvis constet duabus propositionibus simplicibus negativis: ad veritatem autem cognoscendam in propositionibus compostis sequentes regulas observate. Prima, ut copulativa sit vera requiritur quod utraque categorica vera sit, si altera ex categoricis sit falsa, tota propositio composita falsa redditur; dixi utramque categorica quia quamvis una sola copula appareat semper composita constat duabus simplicibus enuntiationibus, ut in ista: “Petrus et Paulus student”, quae idem sonat quae ista: “Petrus studet et Paulus studet”.

<sup>15</sup> **37.** Composita disjunctiva, vel disjungit duo apposita, v.g. “Petrus currit vel non currit”, et tunc ut sit vera requiritur ut una simplex vera sit et altera falsa; vel disjungit duo disparata, v.g. “aut Petrus studet, [aut] Paulus dormit”, et tunc ut sit vera non obstat utraque categorica vera sit quia facit hunc sensum: unum ex his saltem verum est, vel studium Petri, vel somnum Pauli. Conditionalis ut sit vera debet sequela inferri ex antecedenti seu debet propositio illa in qua ponitur conditionalis esse conditio sine qua non, ut sit simples vera, v.g.

[p. 24]

“si sol lucet dies est”, ubi lux solis est conditio necessaria ut existat dies.

**38.** Hac de causa potest esse vera  
propositio conditionalis, quamvis utraque simplex  
<sup>5</sup> sit falsa, v.g. “si homo esset equus esset innobilis”, in  
qua propositione utraque simples est falsa, et  
tamen conditionalis est vera; v.g. “si decem venistis,  
duo non venerunt” quae absolute falsa est quamvis ve-  
rum sit quod decem presentes venistis, et duo absentes  
<sup>10</sup> non venerunt, quia adventus vester non est condi-  
tio absentiae illorum.

CAPUT SECUNDUM  
DE RESPECTIVICE ENUNTIA-  
TIONIBUS SEU EARUM  
<sup>15</sup> PROPOSITIONUM

**39.** Hucusque egimus de propositionibus<sup>3</sup>  
in seipsis hic vero agendum de propositionibus  
prout inter se valent comparari; et quia triplici-  
ter potest unaquaque propositio altere compara-  
<sup>20</sup>ri nempe quatenus illi aequivalet quatenus opponi-  
tur, et quatenus illam in aliam convertitur; triplex  
est proprietas respectiva propositionum, nempe aequi-  
polentia, oppositio et conversio; de oppositione et con-  
versione, quia earum notitia utilior est, breviter  
<sup>25</sup> agemus, de aequivalentia ero sequenti in Capite.

[p. 25]

**40. Oppositio ergo est repugnantia duarum propositionum**

<sup>3</sup> Original añade *prout* tachado.

**eodem praedictati et subjecto participantium eodem  
ordine et suppositione.**

**41.** Haec oppositio seu repugnantia tripliciter potest accipere; nam repugnant propositionem secundum quantitatem, vel secundum qualitatem, vel secundum utramque simul. Ex hoc triplici repugnantia triples orbitur oppositio<sup>4</sup>, nempe contraria, contradictoria, subalterna. Contraria est repugnantia duarum propositionum ejusdem subjecti et praedictati secundum<sup>5</sup> qualitatem simul taliter una sit universalis, et alia particularis, una sit affirmativa et alia negativa, una sit falsa, et alia vera; v.g. “homo omnis est animal”, “aliquis homo non est animal”. Haec definitio propositionum constrictoriarum veluti claudicat, et quasi diminuta est; dantur enim propositiones contradictoriae quae non opponuntur in quantitate cum ambae sint de subjecto singulari, v.g. “Petrus currit”, “Petrus non currit”, quae ab omnibus ut contradictoriae habentur; melius ergo definitur contradictio: affirmatio et negatio ejusdem de eadem et secundum idem.

**42.** Oppositio contraria est repugnantia darum propositionum ejusdem subjecti, vel praedictati secundum

<sup>4</sup> Lectura por el sentido.


<sup>5</sup> Por el sentido: *quantitatem et.*

[p. 26]

qualitatem, et non secundum quantitatem, taliter ut ambae sint universales, vel particularis, una affirmativa, et altera negativa, v.g. “omnis homo est animal”, “nullus homo est animal”. Quando ambae <sup>5</sup> propositiones sunt particulares communiter subcontrariae dicuntur, v.g. “aliquis homo est animal”, “aliquis homo non est animal”.

#### 43. Oppositio subalterna

est repugnantia 2 propositionum ejusdem subjecti <sup>10</sup> et praedicati secundum quantitatem et non secundum qualitatem, taliter ut ambae sint affirmativae, vel ambae negativae, ex his duabus propositionibus universalis dicitur subalternans; particularis vero subalternata. Haec omnia clare videbitis <sup>15</sup> in sequenti figura:



[p. 27]

**44.** Ad clariorem intelligentiam oppositionis horum propositionum, scitote quod duae propositiones contrarictoriae<sup>6</sup> numquam possunt esse nec simul verae, nec simul falsae, sed altera ex his semper erit vera et altera falsa in quacumque materia, quia aliter idem simul esset et non esset, quod repugnat. Ex hoc sequitur, quod eges magna repugnantia seu suppositio, quia nulla datur medium convenientia.

**45.** Notate etiam hic quod ad inveniendam contradictorię alicujus propositionis singularis, cuius copula afficitur aliquo adverbio modificanti debet negatio praeponi adverbio; aliter non contradictria sed contraria erit; v.g. “Petrus semper studet”, ejus contradictoria est “Petrus non semper studet”, ejus contraria est “Petrus semper non studet”.

**46.** Dueae propositiones contrariae nulla materia possunt esse simul verae quia tunc possent esse simul verae dueae contradictoriae, nam ex veritate universalis sequitur veritas particularis subalternatae; nec etiam possunt esse simul falsae in materia necessaria; possunt tamen esse et regulariter sunt simul falsae in materia contingentia quia ex falsitate universalis subalternantis non sequitur falsitas particularis subalternatae.

<sup>6</sup> Lectura por el sentido; original: *contrariae*.

25 CAPUT TERTIUM  
DE AEQUIPOLENTIA ET  
CONVERSIONE PROPOSITIONUM

**47.** De conversione enim et aequipotentia propositionum

[p. 28]

utpote parum his temporibus utilis ejus notitia brevi-  
ter agemus. Aequipotentia est aequivalentia duarum  
propositionum quarum subjectum et praedicatum sunt  
idem, quoad significationem et sensum re aliqua tamen  
<sup>5</sup> sunt diversa saltem in voce. Aequipotentia inventa  
fuit a Philosophis ad solvendam<sup>7</sup> obscuritatem aliquarum  
propositionum. Hic advertite quod propositiones  
illae fiunt aequipolentes quae antea erant contrariae,  
seu oppositae et hoc fit per additionem alicujus  
<sup>10</sup> negationis, quod tripliciter fieri potest juxta  
triplicem relatam oppositionem. Modus autem coloca-  
tionis negationis addendae, sequenti versiculo expli-  
catur

**48.** Praecontradic. post contra prae postque sulbalter  
<sup>15</sup> **Praecontradic.** denotat quod duae contradictoriae fi-  
unt aequipolentes, prae propositio seu anteposito sig-  
no quantitative unius contradictoriae, v.g. “omnis  
homo est animal”, ut aequivaleat suaे contradicto-  
riae “aliquis homo non est animal”, praeponenda  
<sup>20</sup> est negatio et tunc dices “non omnis homo est

<sup>7</sup> Lectura por el sentido; original: *solendum*.

animal”, et haber i eundem sensum ac ista, “aliquis homo non est animal”. Sic de reliquis.

#### 49. Post contra

**prae** denotat quod ut duae contrariae<sup>8</sup> una alteri aequivaleat debet negatio postpone subjecto, v.g. ut “homo omnis est Philosophus” aequivaleat suae contrariae “nullus homo est Philosophus” postposita negatione dices “omnis homo non est

[p. 29]

philosophus”, et idem valebit ac ista “nullus homo est Philosophus”. **Prae postque subalter** denotat quod in subalternis ut una alteri aequivaleat debet apponi duplex negatio, una ante subjectum, postque subjectum altera, v.g. ut “omnis homo est rationalis” aequivaleat suae subalternatae “aliquis homo est rationalis” dices “non aliquis homo non est rationalis”.

#### 50. Conversio pro-

positionum est aliarum inversio facta per mutationem subjecti in praedicato vel praedicati in subjecto, v.g. “omnis homo est animal rationale”, facta conversione dices “omne animal rationale est homo”. Conversio est duplex, simplex et per accidens. Conversio simplex est propositionis inversio servata eadem quantitate ut in exemplo antea relato. Conversio per accidens est propositionis inversio,

<sup>8</sup> Lectura por el sentido; original: *contradictoriae*.

mutata quantitate propositionis, v.g. “omnis homo est animal” sic convertitur per accidens: “aliquid animal est homo”.

**20 LIBER TERTIUS**  
**DE PERTINENTIBUS AD**  
**TERTIAM INTELLEC-**  
**TUS OPERATIONEM**

**51.** Quamvis sola argumentatio ad tertiam intellectus operationem pertineat, placuit hic nobis agere de definitione et divisione utpote modi sciendi, prius enim de definitione, postea de divisione, et denique de argumentatione tractabimus.  
Prius tamen scire debetis quid sit modus sciendi

[p. 30]

qui communiter definitur oratio ignoti manifestativa, et quia tripliciter ignotum nobis manifestare potest, tripliciter distinguitur modus sciendi, videlicet in definitione, divisione, et argumentatione, de quibus singulis agendum venimus.

**CAPUT PRIMUM**  
**DE DEFINITIONE ET**  
**DIVISIONE**

**52.** Plurimi ausi sunt definitiones ita explicare ut in  
<sup>10</sup> ratione communiter includant nominis definitionem  
seu explicationem, qua ejus significatum declara-  
tur, v.g. “sacerdos” definiunt “sacra donans” sive  
dare. Definitiones ergo nomen et naturam ad  
nomina explicanda non est expendendam,  
<sup>15</sup> sed tantum ad explicandam naturam rei. **Est ergo**  
**definitio oratio naturam et esentiam rei manifestam.**

**53.** Est duplex quidditativa, descriptiva alia.  
Prima est **quae explicat naturam rei per partes**  
**extrínsecas et essentiales**, quae partes si sunt  
<sup>20</sup> metaphysicae et realiter identificatae, dicitur  
definitio metaphysica, sic definitur “homo”,  
“animal rationale”, si vero partes sint phy-  
sicae et realiter unitae, sed non identificatae,  
dicitur definitio physica.

<sup>25</sup> **54.** Descriptiva est  
**quae explicat essentiam rei per accidentia pro-**  
**pria**, sic definitur homo dum dicitur animal

[p. 31]

admirativum, risibile, seu locutionis capax.  
Etiam definitio descriptiva explicat essentiam  
rei per accidentia comunia, tot, tamen, et ta-  
lia, ut simul sumpta alterim convenire non possint,  
<sup>5</sup> haec tamen definitio fugienda est. Leges bonae de-  
finitiones sunt quatuor. 1º quod constet genere  
et differentia; 2º quod in ea nihil reperiatur

superfluum, nihilque diminutum; 3º quod sit clarior suo definitio; 4º et ultima quod sit conver-  
10 tibilis simpliciter cum suo definitio.

**55. Divisio est**

oratio totum in suas partes distribuens, v.g. “hominis alia pars corpus, alia anima”; etiam est duplex, alia potentialis, et alia actualis; potentia-  
15 lis est oratio totum distribuens in suas partes quas tantum in potentia habet, qua divisione dividitur genus in suas species, v.g. animal irrationale et rationale. Divisio actualis est oratio totum distribuens in partes, quas actus habet, iterum  
20 alia est divisio essentialis, quae distribuitur totum in suas partes essentials sive physicas, sive metaphysicas, alia accidentalis, **et est oratio distribuens totum in suas partes accidentals.**

**56. Haec adhuc triplex,**

25 alia est divisio subjecti in accidentia ut album et non album, in quod dividitur corpus; alia accidentis in subjectum ut niger, aliud corvus, aliud aethiops, alia accidentis in accidentia, ut album, aliud dulcis, aliud amarum. Leges bonae divisionis  
30 sunt quatuor.

**57. Prima quod membra dividentia**

[p. 32]

adaequent totum divisum, secunda quod membra

dividentia aliqualiter Inter. se distinguuntur, ter-  
tia, quod divisio per proximiores membra, quar-  
ta et ultima, quod si fieri possit sit bimembris.

⁵ CAPUT SECUNDUM  
DE ARGUMENTATIONE  
ET EJUS DISTINCTIONIBUS

**58.** Ratiocinatio seu discursus tertia intellectus opera-  
tio est praecipua modi sciendi species, et in nihilo  
⁹ differt ab argumentatione, nisi penes implicitum et  
explicitum, dum in mente retinetur ratiocinatio di-  
citur, dum ore profertur vel verbo exprimitur di-  
citur argumentatio; estque veluti clavis, qua  
abscondita sapientia arcana nobis pate fiunt,  
⁯ sed antequam argumentatione egrediamur  
pertractandam alia quam plurima⁹  
et quae inter argendum requenter occurrunt  
advertere oportet.

**59.** Primo enim occurrit inter dis-  
⁹ putandum negare suppositum; ut scias  
quid sit suppositum, nota quod aliquas propo-  
sitiones duplex habent objectum, unum expre-  
ssum et aliud virtualiter inclusum, dum ergo hoc  
ultimum falsum est negatur suppositum, ut si  
⁯ quis dicat “angelus est mortalis”, tunc nega-  
tur suppositum, quia explicite affirmat mor-

<sup>⁹</sup> El original añade: *sitū igna*; no hace sentido.

[p. 33]

talitatem angelorum, et implicite eorum materialitatem. Secundo occurtere solet propositio de subjecto non supponendi: in aliquibus enim propositionibus enuntiatur existentia subjecti praesens cum re veri praesens non sit, ut dum dicimus “Antichristus disputat”, qua propositio est de subjecto non supponendi, quia Antichristus nondum existit.

**60.** Etiam scire oportet quid sit implicatio in terminis, et in subjecto; ad cuius intelligentiam advertire oportet quod quando de subjecto enuntiatur praedicatum ipsi repugnans, v.g. “equus ratiocinatur”. Haec propositio dicitur implicatoria in terminis. Si vero subjectum alicujus propositionis componatur ex substantivo et adjectivo, quae inter se repugnant, v.g. “homo irrationalis currit”, tunc dicitur implicare in objecto. His ita explices ad argumentationem transeamus.

**61.** Argumentatio est cognitio qua ex uno vel duobus judiciis aliud infertur particula “ergo” vel “igitur” copulatis. Etiam jam dimicimus quod in omni discurso necesario inveneri debeant tria judicia, nempe unum quod infertur ex duobus sive explicite positis, sive uno explicito et alio implícito. Hic notate quod judicia illa ex quibus infertur dicuntur praemissae, judicium vero quod infertur consequentia nominatur ratione particulae illationis.

[p. 34]

**62.** Propositiones omnes numquam bona vel malae dicuntur, sed semper verae vel falsae; econtra, illatio seu consequentia semper dicitur bona vel mala, quamvis propositiones ex quibus sint falsae;  
<sup>5</sup> si vero conclusio ex praemissis non infertur quamvis praemissae sint verae, consequentia mala dicitur, v.g. “Petrus est animal, ergo est animal, ergo est homo”: in hoc enthymemate ex antecedenti male inferatur consequens.

<sup>10</sup> **63.** Argumentatio itaque alia affirmativa, negativa alia; affirmativa dicitur cuius conclusio est propositio affirmativa; econtra, argumentatio negativa dicitur cuius conclusio est propositio negativa. Sicut autem haec propositiones sunt diversae inter se, ita etiam sunt diversa principia quibus nituntur.

**64.** Argumentatio affirmativa in hiis fundatur principiis, **quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se.** Quidquid dicitur seu affirmatur de idea universalis absoluto supponenti potest etiam affirmari de quolibet contento sub illa. Pro constructione argumentationis negativae, haec principia observate: si una <sup>20</sup> ex duabus ideis conveniat ad tertiam ad qua altera non convenit, illae duae ideae non possunt convenire inter se, quidquid negatur

[p. 35]

de idea universalis absolute supponenti negatur  
etiam de quolibet singulari contento sub illa.

**65.** Argumentationis tam affirmativa quam negativa  
quinque sunt species, videlicet: syllogismus,  
<sup>5</sup> enthymema, dilemma, inductio et exemplum. De  
syllogismo sequenti in Capite. Enthymema est  
argumentatio in qua ex una tantum propo-  
sitione explicite posita alia inferta, v.g. “Petrus  
est homo; ergo rationalis”, in qua argumenta-  
<sup>10</sup>tione praemissa major, scilicet “Omnis homo  
est animal rationale” in mente retinetur, et ideo  
dicitur enthymema seu syllogismo truncus.

**66.** Dilema est argumentatio dupli parti gau-  
dens, quarum qualibet concessa teneatur subs-  
<sup>15</sup>tentans aliquid contra se admittere, ut si  
quis dicta se audivisse Sacrum hora sexta con-  
tra ipsum hoc dilema potest fieri: “vel hora  
sexta eras in Ecclesia, vel non eras; si eras men-  
tiris, quia hora sexta nullum fuit Sacrum  
<sup>20</sup> in Ecclesia, si non eras etiam mentiris; er-  
go”. Haec argumentatio dicitur bicornuta  
quia dupli cornu ferit.

**67.** Inductio est ar-  
gumentatio in qua ex particularibus recte  
<sup>25</sup> enumeratis infertur propositio universalis, v.g.

[p. 36]

“Joannes studet, Rapahel studet, et sic de reliquiis, ergo omnes student”.

**68. Hic advertendum**

est ly **recte enumeratis**, si enim regularibus  
<sup>5</sup> et particularibus aliqui non enumereretur  
mala erit inductio, quia ex veritate cíngulo-  
rum seu particularium singillatim sequitur ve-  
ritas propositionis singularis. Exemplum  
est argumentatio, in qua ex aliquo singulari  
<sup>10</sup> aliud singulare simile colligitur, v.g. “Petrus didi-  
cit lectionem, quia studuit; ergo etiam Euse-  
bius didicisset si studuisse”. Hic etiam notan-  
dum est quod debet esse omnimoda in singula-  
ribus, aliam exemplum non esset bonum.

**15 CAPUT TERTIUM**  
**DE SYLLOGISMO**

**69. Praecipua argumentationis species, et veluti**  
caput ex quo caeterae omnes prodeunt, et ad  
quam omnes reduci possunt est syllogismus, et hoc  
<sup>20</sup> de causa de syllogismo latus et fusius veni agen-  
dum. Syllogismus itaque est argumentatio tribus  
terminis constans, totidemque propositionibus ex  
plicite positis eo ordine inter se dispositas, et con-  
nexas ut posterior sequatur a priori sicut  
<sup>25</sup> effectus a sua causa, v.g. “omnis homo est

[p. 37]

intellectivus, sed didacus est homo; ergo didacus est intellectivus”.

**70.** Ex tribus syllogismi propositionibus prima vocatur major, secunda minor, tertia  
<sup>5</sup> conclusio. Ex tribus ibidem terminis syllogismi primus dicitur major extremitas, seu majus extre-  
mus, ut qui praedicatur praedicti syllogismi, secundus  
dicitur medius terminus, qui subjicitur in minori,  
et praedicatur in majori<sup>10</sup>, majus extremus, ita  
<sup>10</sup> dicitur quia praedicatur in conclusione, et minus  
quia in ipsa subjicitur.

**71.** Syllogismus alias simplex,  
alias compositus: simplex est qui tribus termi-  
nis simplicibus constat, totidemque simplicibus  
<sup>15</sup> propositionibus, ut syllogismus suprapositus. Syllogis-  
mus compositus est cuius una ex praemissis est  
propositio composita, quae propositis frequenter  
invenitur in majoris, quae propositio si copulati-  
va sit, dicitur syllogismus copulativus, si vero dis-  
<sup>20</sup>junctiva, disjunctivus appellatur.

**72.** In syllogismo  
simplici duo attendenda sunt, scilicet ejus materia  
et forma. Materia syllogismorum est duplex, alia  
proxima, remota alia. Materia proxima sunt  
<sup>25</sup> propositiones ipsius syllogismi; remota vero mate-

<sup>10</sup> Redacción confusa porque falta texto, ya que omite el término medio y mezcla la explicación de éste con el término medio.

ria sunt termini ex quibus propositiones ipsae componuntur. Forma sillogismorum est arti-

[p. 38]

fiosa dispositio materiae remotae vel proximae. Dispositio terminorum qui ut jam saepe diximus, sunt materia remota syllogismorum; dicitur forma seu melius figura et est dispositio medii termini cum <sup>5</sup> extremis in praemissis. Quia ergo quadrupliciter potest disponi terminus medius in praemissis quadruplex syllogismorum figura. Prima in qua medius terminus subjicitur in majori, et praedicatur in minori. Secunda in qua medius terminus praedicatorum in utraque praemissa. Tertio in qua medius terminus subjicitur utraque. Quarta denique in qua medius termini praedicatur in majori et subjicitur in minori. Sed quia in hac quarta figura violenter tantum et indirecete concluditur, <sup>15</sup> merito relinquitur, et nos de ea nihil curabimus, sed solum de tribus prioribus, quae sequenti versiculo continentur:

Sub p[ro]pra prima, bis p[ro]pra secunda, tertia bis sub.

**73.** Dispositio materiae proximae nempe propositio-<sup>20</sup> num dicitur modus; et est combinatio propositio-<sup>25</sup> num syllogismi secundum earum quantitatem et qualitatem essentialem. Sexaginta quatuor sunt modi quibus propositiones syllogismi possunt combiniari. Verum quia plerique adversantur regulis statim tradendis, 19 tantum remanent combinationes

ad recte concludendum utiles de quibus breviter agendum relinquis omnibus praetermissis. Decem utiles sequentibus dictionibus ex quatuor primis vocalibus

[p. 39]

compositis, ex quibus dictionibus, prima vocalis designat majorem syllogismi, secunda designat minorem, 3<sup>a</sup> conclusionem. Sed scitote quod vocalis **A** denotat propositionem debere esse universalem affirmativa, vocalis **E** denotat universalem negativam, vocalis **I** denotat particularem affirmativam, vocalis **O** denotat particularem negativam, juxta illum versiculum:  
asserit **A**, negat **E**, sed universaliter ambae  
<sup>10</sup> asserit **I**, negat **O**, sed particulariter ambae

**74.** Regulas generales observandaes necesario ad constructionem syllogismi in quacumque figura sunt:  
Prima nam syllogismus non debent esse nisi tres termini. Secunda, termini eadem sensu sumendi sunt in singulis propositionibus syllogismi. 3<sup>a</sup> terminus medius numquam debet poni in conclusione. 4<sup>a</sup> terminus medius non potest sumi particulariter in utraque praemissa. 5<sup>a</sup> nullum extremum debet sumi universalius in conclusione quam in praemissis. 6<sup>a</sup> ex puris propositionibus negativis nec ex puris particularibus nihil sequitur. 7<sup>a</sup> si utraque praemissa est affirmativa, conclusio affirmativa debet esse, si vero ulla ex praemissis negativa fuerit, conclusio etiam debet esse negativa. 8<sup>a</sup> si una

<sup>25</sup>ex praemissis particularis fuerit, etiam conclusio particularis esse debet.

**75.** Regulae particulares observandae in ulla figura. Pro prima figuram prima regula est quod praemissa major semper sit universalis.

[p. 40]

Secunda, praemissa minor<sup>11</sup> semper sit afirmativa. Regula pro secunda figura: prima quod praemissa major semper sit universalis; secunda quod praemissa minor, vel aliqua ex praemisis semper negativa. Pro tertia figura: prima quod propositio minor semper sit afirmativa; secunda quod conclusio semper sit particularis.

**76.** His regulis diligenter rectaque perpensis, 19 tantum apparent combinatio-<sup>10</sup>nes terminorum in propositionibus syllogismi ad recte concludendum utiles reliqua vero omnes saltem aliquibus ex praefatis regulis opponuntur.

Sed quia ex decem combinationibus quatuor deserviunt de prima figura, quatuor de secunda, et ad tertiam sex; quatuor de iis numerantur modi, licet revera de iis tantum sint, quia quatuor reliqui non sunt nisi aliorum repetitio. Notate hic quod illa dicitur conclusio directa<sup>12</sup>, in qua minus extremus subjicitur,

<sup>11</sup> Lectura por el sentido; original: *major*.

<sup>12</sup> Lectura por el sentido; original: *discreta*.

et majus praedicatur; minus extreum dicitur ille  
<sup>20</sup> terminus, qui minorem compositionem componit  
ut medio termino; majus autem qui majorem. Se-  
quentis versiculis exhibentur modi decem syllogismorum.  
Barbara, Celarebt, Darii, Ferioque praeibuns  
Cesare, Camestres, Festino, Barocco sequentur  
<sup>25</sup> Tertia post venient rationem turba Darapti  
Phelapo, Disamis, Datisi, Bocardo, Pherison

[p. 41]

77. Quolibet ex his vocibus modum syllogisticum significant  
habita ratione vocaliu, **A, E, I, O**, quarum pri-  
ma denotat majorem, secunda minorem, tertia conclusi-  
onem: sic vox Barbara ex triplici **A** composita  
<sup>5</sup> denotat tres propositiones syllogismi debere esse uni-  
versalis affirmativas, et quia est primus modus fi-  
gurae debet medius terminus subjici in majore, et  
praedicare in minore juxta illus **sub prae prima**, to-  
tum hoc practice videbitis in syllogismo sequenti: “omnis  
[homo est] animal, sed omne risibile est homo; ergo omne risibile  
<sup>10</sup> est animal”. Sic conficiendi sunt caeteris syllogismi.  
Exemplum in Cesare pro secunda figura cujus pri-  
ma vocalis **E** denotat majorem debere esse uni-  
versalem negativam, secunda vocalis **A** denotat mi-  
norem debere esse universalem affirmativam, et deni-  
<sup>15</sup> que tertia vocalis **E** denotat conclusionem univer-  
salem negativam; medius autem terminus debet  
praedicari in utraque praemissa juxta illud **bis**  
**prae secunda**, sic conficiees syllogismus: “nullus  
lapis est animal, sed omnis homo est animal,

<sup>20</sup> ergo nullo homo est lapis”. Exemplum in Daprati, pro tertia figura in qua medium terminus debet subjici in utraque praemissa juxta illud **tertia bis sub**; et quia vocalis est **A** et secunda etiam **A**, tertia vero **I**, major et minor debent <sup>25</sup> esse universals affirmativa, et conclusio particularis affirmativa, ut in hoc syllogismo: “est substantia omnis homo, sed omnis homo est vivens; ergo aliquid vivens est substantia”. Ex exempla at

[p. 42]

latis facile fieri possunt in quacumque figura syllogismi.

CAPUT QUARTUM  
DE REDUCTIONIBUS SYLLOGISMO-  
RUM DE IMPERFECTO AD PERFEC-  
<sup>5</sup>TUM

78. Etsi syllogismi omnes in modo et figura constituti juxta regulas nuperrime traditas recte concludant, aliqui tamen dicuntur perfecti et alii imperfecti. Perfecti sunt illi qui nullo extrinseco indigent, ut <sup>10</sup> appareant necessarii, tales sunt syllogismi facti in quatuor primis modis pertinentibus ad primam figuram, quia in ea medius terminus in proprio loco collocatur inter extrema. Imperfecti dicuntur illi qui indigent aliquo extrínseco ut appareant ne- <sup>15</sup>cessarii et sunt omnes secundae et tertiae figurae in quibus medius terminus non concludit ita directe.

Ad hoc inventa fuit a Philosophis via reducendi syllogismos imperfectos ad perfectos, quae dicitur ostensiva, quae evidenter ostendit syllogismos imperfectos necessario concludere. Reductio ostensiva fit per conversionem alicujus vel aliquarum propositionum ponendo, scilicet majorem loco minoris, et haec econtra; tamen hic notate syllogismum imperfectum debere reduci ad perfectum cum quo convenit in littera iniciatli, v.g. Celantes ad Cela-  
larent, Darapti ad Darii et sic de singulis, si unde exhibeas Barocco, Bocardo, qui non possunt reduci ostensive.

[p. 43]

CAPUT QUINTUM  
DE DIVISIONE SYLLOGISMORUM  
ET SIMUL TRADUNTUR  
FALLACIAE,  
5 QUAE INTER  
ARGUENDUM SOLENT  
UTI

**79.** Syllogismus ex parte materiae alius demonstrativus, alius probabilis, et alius sophisticus. Primus <sup>10</sup> est **qui constat praemissis claris, certis et evidentiibus quae sint causa conclusionis.** Probabilis est ille **cujus aliqua saltem ex praemissis non est nisi probabilitas vera.** Syllogismus sophisticus qui proprie paralogismus dicitur, potius non syllogismus quam syllologismus dici debet, definiturque qui constat una <sup>15</sup>

vel duabus propositionibus apparentibus, re tamen defectuosis in materia vel forma.

**80.** Nota quod praemissae syllogismi demonstrativi debent esse principia ab hominibus praecepta, vel definitiones, similiter recepta, vel propositiones jam demonstratae pro quo scitote quod demonstratio est duplex, alia a priori et alia a posteriori. 1º **dicitur cognitio certa omnino qua posterius cognoscitur per prius seu effectus** 2º **per suma causam.** 2º est cognitio certa qua cognoscitur causa per effectum, seu prius per posterius, talis est cognitio Dei per creaturas. Cognitio quae

[p. 44]

adquiritur ope demonstrationis dicitur scientia. Scientia namque definitur cognitio certa, et evidens rei necessariae per demonstratione adquisita. Ex quo evidenter constat quod nullo modo potest 5 vocari scientia cognitio qua instruimur de misteriis fidei, quia quamvis certissima, non tamen est evidens, nec demonstratio: enim idem sonat ad rem quasi digito monstrare seu designare; nec etiam evidentia cognitio primorum principiorum; taliter ut scientia possit denominari; hoc namque quamvis certa sit et evidens, non tamen adquiritur per demonstrationem.

**81.** Pro syllogismo probabili sequentia advertite. Cum enim conclusio semper sequatur ex debiliori par-

<sup>15</sup>te, si altera ex praemissis probabilis tantum est, conclusio etiam probabilis erit. Syllogismus probabilis non generat scientiam, sed tantum opinionem, ideoque non scientificus sed opinativus dicitur.

**Opinio est cognitio alicujus rei cum formidine**

<sup>20</sup>**de opposito.** In omni etiam paralogismo duo necessario inveniri debent, nempe apparentia veritatis, et deffectus veritatis, aut bonitatis. Paralogismus ergo, nec scientiam nec opinionem generat, sed tantum errorem. Cum ergo Logica scopus

<sup>25</sup> seu finis sit acquisitio eritatis ab omni paralogismo debet logicus fugere.

**82. Fallacie quibus**

[p. 45]

syllogismus potest laborare tredecim numerantur, quarum sex oriuntur ab ipsis terminis syllogismi et dicuntur fallacie in dictionem, quarum definitione est apparentia desumitur ex ipsa

<sup>5</sup> dictione; et sunt prima **aequivocationis cujus apparentia provenit a termino aequivoco**, v.g.

“gallus ratiocinatur, sed avis domestica est gallus; ergo avis domestica ratiocinatur”, in quo paralogismo “gallus” in majorem supposit pro <sup>10</sup> homine franco, in minori pro ave domestica, quapropter ex diversis suppositionibus quatuor in se terminus continet syllogismus, licet tres tantum apparent.

**83. Secunda fallacia dicitur**

<sup>15</sup> amphibologiae et est deceptio et est deceptio orta **ex dictione complexa quae invariata manens plures habet sensus**, v.g. “quod est meum non est tuum; sed codex est meus, ergo non est tuus”, ubi “tuum” in maiori denotat possessionem, in minori vero non-<sup>20</sup>nisi efficiantiam. Tertia fallacia dicitur compositionis, **estque deceptio orta ex mutatione sensus divisi im sensu, compositum**; v.g. “qui legit potest non legere, sed Petrus legit ergo Petrus legens potest non legere”. Quarta fallacia <sup>25</sup>dicitur divisionis, et est deceptio orta ex mutationi sensus compositi in sensum divisum, v.g. “qui legit non potest non legere, sed Augustinus legit, ergo non potest non legere”

**84. Quinta fallacia**

[p. 46]

dicitur accentum et est deceptio orta ex eo quod varietur significatio termini ex variatione accentus, v.g. “populus est arbor, sed civitas est populus; ergo civitas est arbor” ubi “popu-<sup>5</sup>lus” in majori sub **u** producta significat arborem vulgo “álamo blanco”, sub **o** vero brevi in minori significa multitudinem. Sexta fallacia dicitur figurae dictionis et est deceptio orta ex apparenti similitudine <sup>10</sup>plurimorum; ratione cuius id quod convenit uni dicitur alteri convenire, et hoc frequen-

ter occurrit dum mutatur suppositum materiale in formale, vel simplex in personale vel in absolutum, taliter ut terminus in  
<sup>15</sup> una praemissa supponat sic in alia vero alter; v.g. “homo est species; sed Petrus est homo, ergo est species”.

**85. Fallacies extra dictione sunt**  
illae quarum **apparentia sumitur ex rebus significatis per vocem**, quarum species sunt septem; prima dicitur accidentis, quae evenit **dum ex majori identitate extremorum in praemissis colligitur eadem identitas extremorum inter se**, v.g. “homno est animal, sed equus est animal; ergo <sup>25</sup> equus est homo”, in hoc syllogismo ex partiali identitate extremorum cum medio “animal” colligitur adaequata identitas earum inter se, quod etiam evenit ex eo quod ex non identitate

[p. 47]

extremorum inter se inferatur identitas seu non identitas eorum, ut evenit in syllogismo ex partis negativis, v.g. “nullus equus est rationalis, sed nullum inhababile est rationale; ergo nullum inhababile est equus”. Secunda dicitur de secundum quid ad simpliciter, quae oritur ex apparente convenientia duorum extremorum cum medio, qui de uno dicitur secundum quid, de alio vero simpliciter, “quod est albus non est <sup>10</sup> nigrum; sed aethiops est albus, ergo non est ni-

ger”.

**86.** Tertia dicitur ignorantia elenchi,  
et est deceptio orta quando ex praemissis appa-  
rente oppositis infertur aliqua conclusio, v.g.  
<sup>15</sup> “Petrus dormit nocte, alias non dormit die; ergo  
dormit et non dormit”. Quarta dicitur peti-  
tionis principii et accidit dum sumitur ut me-  
dius ad aliquid probandum id ipsum quam dis-  
putatur, aut aliquid magis ignotum; v.g. “homo  
<sup>20</sup> discurrit, ergo ratiocinatur”. Quinta dicitur  
consequentis, quae oritur ex apparentis converti-  
bilitate superioris cum inferiori, seu quando  
arguitur negative ab inferiori ad superius.  
Sexta dicitur non causa ut causa, et accidit  
<sup>25</sup> quando affertur pro causa alicujus rei illa  
quae revera talis non est, v.g. “in religione Catho-  
lica multi sunt mali; ergo religio catholica

[p. 48]

mala est”. Septima et ultima dicitur pluri-  
um interrogationum et unius et evenit quando  
quis de pluribus interrogatus de uno tantum  
respondit; v.g. si quis quaerat a medici pres-  
<sup>5</sup>biteri, “audierunt hodie Sacrum?” se respon-  
deam “utique” mentior, quia aliqui non audi-  
erunt, si respondeam “minime”, etiam menti-  
or quia aliqui audierunt, respondere ergo  
debo “aliqui vero audierunt, aliqui vero non”.

10 ARTICULUS  
UNICUS  
TRADUNTUR VARIAE  
ET PER UTILISSIMA  
QUAE DESERVIUNT  
15 TUNC AD VERITATEM  
INVENIENDA, TUNC AD  
STUDENDUM, ET DENIQUE  
AD DISPUTANDUM

87. Via inveniendi veritatem dicitur analytica, est  
20 ars disponendi cogitations nostras ut verum quod  
nos latet detegamus quantum mortalis conditio pati-  
tur; dicitur analytica, quod idem sobat ac resolutiva,  
quia ut ignotum nobis nondum fiat debemus omne totum  
dividere in suas partes; pro quo sequentes regulas  
25 observe. 1<sup>a</sup> illud quod inquiritur debemus  
in primis determinare et definire, ut omnis  
confusio de medio tollatur; 2<sup>a</sup> removenda  
sunt omnia et negligenda quae ad propositum  
dubium non spectant. 3<sup>a</sup> omne totum dividá-  
30 mus in suas partes et omne genus in suas spe-  
cies ut pars a parte separetur. 4<sup>a</sup> cum in

[p. 49]

omni quaestione aliquid vobis innotescat illud  
quod vobis notum est, conferre debetis, et  
attente comparare cum ignoto, summoque

studio et diligentia fovenda est notitia ad-  
5 quisita usque dum ad ignotum perveniamus.  
5<sup>a</sup> a ratiocinio non debetis cessare usque dum a  
singulis vobis notis per assensum perveniatis  
ad universale. 6<sup>a</sup> denique ut veritas sic inventa  
aliis explicetur debetis, a particularibus retro-  
10 cedere per eandem viam qua descendistis, et sic aliis  
manifestum fiet quod vobis claret.

**88. Regulae pro studendo:** plurimum enim nocet  
tironibus copia librorum, licet libri utilissimi sint,  
ideo in palestra literaria parum proficiunt, ut  
15 hoc praejudicium removeatis sequentis regulas ob-  
serve. 1<sup>a</sup> non multa legite sed multum. Copia  
enim rerum optimarum legendi nocebit; sicut enim  
calor stomachi immodico cibo, quamvis salube-  
rrimus cibus est opprimitur, et quasi extingui-  
20 tur, ita etiam ingenium seu mens humana nequit  
plura capere. 2<sup>a</sup> mente et animo insistere  
debetis ut clare percipiatis quae vobis codicilibus tra-  
dita sunt, omnia et singula discutientes memoriae  
commendatae. 3<sup>a</sup> cavete etiam ne ad posteriora pro-  
25 grediabis nisi priora prius semel adqui iterum  
discussa attente plenissime praecipiatis. 4<sup>a</sup> atten-  
to animo expendite rationes, quibus nostra sen-  
tentia formatur, et etiam quibus impugnatur.  
5<sup>a</sup> autores vel codices contrariae doctrinae noli-  
30 te legere antequam vestrum sistema vobis radicibus

[p. 50]

notum fiat, alias ex lectione ipsa ortum habebit confusio vestra, cogitationes vero quas studio adquiritis, cum viris doctis inferre. 6<sup>a</sup> utilissimum est scriptis mandare quidquid diario studio adquisitis; “ergo ipse multa qui nesciebam scribendo me didissime confitero” de se inquietabat magnus Pater Augustinus. 7<sup>a</sup> dum autem triennio philosophico completo vel ante dum vobis praevenero, aliquos selectos auctores, paucos et idoneos elige, in quibus studiose versemini in quibus, si rite rationibus perpensis aliam melius fundatam opinionem invenitis, ut vestram adaptate adjurantes non in verbo. Magistri nam, etsi amicus magister, magis amica veritas.

**15 89. Regulae pro disputando.**

Disputatio nihil aliud est quam intellectualis altercatio duorum sive pugna super aliqua propositione quorum alter eam defendit, qui dicitur sustentans, alter eam impugnat, qui arguens dicitur. 20 Maxima utilitas oritur ex disputatione, tam publica quam privata, tam ut utiliter ex disputationibus fructum percipiabis sequentes regulas observe.

**90. 1<sup>a</sup> in omni disputatione solum**

adquisitio et manifestatio veritatis semper praecipuis habenda est, et per consequens nulla debet institui disputatione de his, quae certissima omnino sunt, vel quae humanum captum superant; 2<sup>a</sup> ca-

vete de disputatione cum iis, qui de rebus omnibus  
<sup>30</sup> ita dubitant ut nihil certo sciant, nisi se nihil

[p. 51]

scire, quia ut communiter dicitur: contra principia negantis fustibus est arguendum. 3<sup>a</sup> cavete etiam ab initilibus disgressionibus, et a quaestionibus de puro nomine, quia ut egregie monet Divus <sup>5</sup> Augustinus: *turpe est disputantibus in verbi quaestione immorari.* 4<sup>a</sup> disputante stote in colloquio mites, in audiendo quieti, in respondendo blandi, et in omnibus attenti.

**91. Pro arguendo.** 1<sup>a</sup> direc-

<sup>10</sup>te probet quod a defendantे negatur, caveat tamen ne mutet medium, quod ad impugnandam defensionem assumpsit curans semper potius consequentiam probare quam consequens. 2<sup>a</sup> nihil ut certum assumat quod a defendantе possit negari ut in dubium verti. 3<sup>a</sup> et ultima, si cesserit arguens victoriam in inclinari finem disputationis imponeat contentus se vim argumenti intelligentibus apperuisse.

**92. Hac visa fuerunt sufficere vobis**

<sup>20</sup> ad aliqualem in dialectica instructionem.

DISPUTATIONES IN LOGICAM  
MAGNAM SEU DISPUTABILEM

**93.** Cum logica juxta Augustinum *sit ars artium, scientia scientiarum qua aperta omnes aperium-*

[p. 52]

*tur, qua clausula omnes clauduntur, cum qua qualibet, sine qua nulla. Hoc celebre encomium applicari debet dialecticis institutionibus, utpote quae intellectum illustrant, et illustrans dirigunt ad reliquas omnes scientias comparandas. Verum Logica disputabilis, quae vulgo philosophis Logica Magna appellatur, tantum deservit ad acuendum ingenium et accommodata est ad excercendo Juvenes litteris studiosos: haec unica utilitas consequitur disputationibus, quae simul tironum mentes imbuunt utilissimis notitiis.*

**94.** Verum quia Logica est janua, et velut clavis aurea ad alias scientias pertingendas, aliquas decrevi tractare disputationes logicales, non tamen scholasticorum seu ut communiter dicunt peripateticas, in quarum studium solum tempus consumitur et nihil utile nobis porat ad aliarum scientiarum acquisitionem; semper tamen prae occuplis habens, ne nimia harum disputationum copia praetiosissimi temporis plurimum con-

sumant; nam ut inquit illustrissimis Mel-  
quiore Canum, *Hae non debent haberi ut*  
<sup>25</sup> *ornamenta tironum, sed ut exercicium*  
*puerorum.* Sit

DISPUTATIO 1<sup>a</sup>  
DE NATURA, DIVISIONE ET OBJECTO LO-  
GICAE

[p. 53]

95. Logica, ut jam diximus, est facultas directiva intellectus, in omnibus suis operationibus ut ignotum cognoscatur, et verum a falso discernatur. Est duplex, alia naturalis, et **est ipsum lumen rationis, quo verum a falso distinguitur;** alia est artificialis, et est facultas adquisita dirigens intellectum in suis operationibus, unus et alterius existentia ita certa est, ut de hoc disputatione instituere potius esset confundere quam acclarare. Logica artificialis etiam est duplex, docens una, alia utens. **1<sup>a</sup> sunt pracepta seu regula definiendi, dividendi, et argumentandi.** 2<sup>a</sup> sunt ipsae definitiones, divisiones, et argumentationes, tam docens quam utens, alia actualis, habitualis alia; 1<sup>a</sup> est actualis usus regularum logicarum; 2<sup>a</sup> est facilitas orta ex repetitione actuum. Docentem, et utemtem inter se distingui nullus est qui dubitet, quippe aliud est regulas sci-

<sup>20</sup>re, aliud regulis uti: habitus autem docens utrum abutente distinguatur solet in scho- lis controverti, ne nos immoremur in re tam parvi momenti sufficiat scire: illud habere expeditione in regulis logicalibus, qui ex-

[p. 54]

peditus est, ad aerundem usum.

QUAESTIO PRIMA  
UTRUM LOGICA SIT SCI-  
ENTIA

<sup>5</sup> **96.** Pro resolutione notandum quod logica frequenter dicitur directiva intellectus quatenus canones, seu regulas tradit ad hoc ut intellectus, in perquirienda veritate nullam deceptionem patiatur, et verum a falso discernat: an ratio du-  
<sup>10</sup>bitandi, utrum Logica sit dicenda scientia vel ars? Tamen qua omnis cognitio directiva, vel facultas dirigens intellectum vel est notitia primorum principiorum et dicitur intelligentia. vel est notitia rerum altissimarum, et  
<sup>15</sup> sapientia vocatur, vel est notitia rerum agendarum, quos ad mores pertinent, et dicitur prudentia, vel est cognitio earum que industrie fiere possunt in aliena materia, et dicitur ars, vel denique est cognitio  
<sup>20</sup> certa et evidens res necessaria per demonstrationem adquisita et scientia dicitur.

**97.** Logicam non esse intelligentiam, nec sapientiam,  
nec prudentiam ab omnibus admittitur: licet  
enim logica tradat regulas quibus adjuta mens hu-  
<sup>25</sup>mana possit surgere ad contemplationem rerum

[p. 55]

altissimarum, et etiam cognoscere res, quae ad mores per-  
tinent, et prima principia ex quibus deducun-  
tur caeteras demonstrationes tam ostensive quam  
scientificae; quia tota ipsa incumbit in directio-  
<sup>5</sup>ne tantum potentiae intellectivae ut ignotum cog-  
noscat et verum a falso discernat; non est dicenda  
intelligentia, nec sapientia, nec prudentia, solum  
ergo restat investigare utrum sit scientia vel ars?

Pro quo

**10 98. Sit conclusio**

Logica est vere et proprie scientia. Probatur  
conclusio: scientia est cognitio rei necessariae, per  
demonstrationem adquisita; sed logica est cognitio  
rei necessariae per demonstrationem adquisita, ergo  
<sup>15</sup>logica est scientia. Major est definitio scientiae,  
minor vero probatur. Logica est cognitio definiti-  
onis, divisionis, et argumentationis, sed hac sint  
necessaria: ergo Logica est cognitio rei necessariae  
per demonstrationem adquisita.

**20 99. Probatur aliter:**

ille habitus scientificus qui inclinat et facilitat  
ad conclusiones demonstrative inferendas, sed talis

est Logica; ergo logica est scientia. Major ab omnibus admittitur et praecipue ab Aristotele septimo Topicorum; ubi docet omne habitum demonstrativum esse scientificum. Minor probatur, hae sunt verae demonstrationes quod explicat naturam rerum, debet constare genere et differentias;

[p. 56]

sed definitio explicat naturam rerum, ergo. Omnis oratio ignoti manifestativa est modus sciendi, sed divisio manifestat totum per partes; sed hae demonstrationes diriguntur ad Logicam; ergo Logica est vere et proprie scientia.

### **Argumenta solvuntur**

**100. Argues primo:** scientia est cognitio rei necesaria per demonstrationem adquisita, sed logica non est cognitio rei necessariae; ergo. Probatur minor.

<sup>10</sup> Logica est cognitio definitiones, divisiones, et argumentationis; sed hae non sunt necessariae; ergo. Probatur minor: quae possunt a Philosophis fieri vel non fieri, non sunt necessaria; sed definitiones, divisiones, et argumentationes, possunt <sup>15</sup> a philosophis fieri vel non fieri, ergo non sunt necessariae. Respondeo duplarem dari necessitatem, quarum una dicitur existentiae, seu necessitas absoluta, alia vero dicitur necessitas ex suppositione. Factor igitur ingeniae predictas species modi

<sup>20</sup> sciendi necesarias non esse necessitate absoluta  
seu existentiae, quatenus libere a philosophis  
fiunt vel non fiunt. Sunt tamen necessariae  
necessitate essentiae seu ex suppositione, nam etsi  
a philosophis contingenter fiant, tam si fiunt, necessa-  
<sup>25</sup>rio faciente sunt, juxta regulas logicales, alias non  
scientificae erunt, necesse quippe est ut si definitio fi-  
at constet genere et differentia, quid divisio fiat per  
membra adaequantia divise, quod syllogismus cons-

[p. 57]

tet tribus terminis solum, hac necessitas sufficit ut Logica dicatur scientia. Quare ad solutionem argumen-  
ti propositionem distinges ac dupli necessi-  
tate.

<sup>5</sup> **101. Argues secundo:** Logica est ars: ergo non  
est scientia. Probatur antecedens, ars est cogni-  
tio eorum, quae industriosè fieri possunt in aliena  
materia; sed ita est Logica. Ergo Logica est ars.  
Probatur minor. Logica est cognitio definitionis, divisio-  
<sup>10</sup>nis, et argumentationis, sed hae possunt fieri  
in aliena materia: ergo. Probatur minor: divisio v.g.  
potest fieri in mathematica, sed hae est materia  
aliena a Logica; ergo divisio potest fieri in aliena  
materia, et sic de reliquis.

<sup>15</sup> **102. Respondeo quod nomen artis**  
facile extendi potest ad omnes scientias seu facul-  
tates, quae tantum sunt speculativae, et non practi-

cae: logica autem potest dici practica, quia non est tantum propter scire propium, sed etiam propter sci-<sup>20</sup>re directivum in aliquo actu, ideoque Logica potest dici primo inventa ad directionem intellectus. Non tamen potest dici ars proprie loquendo quia quamvis sit cognitio directiva definitionis, divisionis, etc. quae industriose fieri possunt in extra-<sup>25</sup>nea materia; tamen primo et principaliter intendit verum, et tantum secundario, et minus principaliter instrumenta veritatis.

[p. 58]

**103.** Distinguitur ars a scientia.

Distinguitur ars a scientia quia scientia contemplat opus propter veritatem, sic Logica agit de instrumentis sciendi propter scire, quod sufficit, ut dicatur scientia. Aliquando practica ars vero contemplat veritatem propter opus, ideoque agit de instrumentis propter finem operis. Ea quae traduntur a Logica utique fieri possunt in aliis scientiis, seu in extraneis materiis tamen facienda sunt, juxta regulas logicales; quod sufficit ut proprie loquendo non dicantur fieri in aliena materia, sed tantum in propria et un sensu nimis lato.

**104. Argues tertio:** logica

est modus sciendi, sed modus sciendi [non est scientia]; ergo logica non est scientia. Probatur minor. Aristoteles secundo Metaphysicae cap. 5º inquit *absurdum*

*est simul quaerere scientiam, et modum sciendi,*  
et Libro 1º Metaphysicae, et libro 1º Rethoricae  
docet dialectica naturam interimi ab iis qui  
eam inter scientias collocant, et ab artibus sepa-  
rant, ergo ex Aristoteli modus sciendi non  
est scientia.

**105.** Ante responsonem notandum est  
quod duplex est genus scientiae, scilicet practica  
et speculativa. Scientia speculativa est quae

[p. 59]

tota versatur in contemplatione sui objecti, hoc  
cognito plane quiescit; practica vero est qua ordi-  
natur ad dirigendam potentiam aliquam ut operan-  
tem; hinc ortum dicit illud philosophorum tritum pro-  
<sup>5</sup>loquium: speculativae finis veritas, practicae au-  
tem opus. Licet inter philosophos non est quaeren-  
dum quid dixerunt antiqui, sed quid dicere  
debuerunt: auctoritatem tamen Aristotelis  
libenter exponemus utpote qui in rebus lo-  
<sup>10</sup>gicis principatum tenere non dubitamus, et sic  
directe

**106.** Ad argumentum respondeo, quod Phi-  
losophus secundo Metaphysicae non ponit ab-  
surdum in eo quod simul quaeratur scientiam  
<sup>15</sup> ut **sic** et modus sciendi; illic tantum nomine sci-  
entiae intelligit scientias reales, scilicet Physicam,  
Metaphysicam, et Mathematicam; quas docet, et

nos fatemur quaerendas esse post Logicam  
quae utpote janua ab alias scientias debet  
<sup>20</sup> primum inveniri, et habere ante illas.  
Primo Rethoricae non damnat eos, qui Logi-  
cam ennumerant inter scientias, sed tantum eos  
qui pure speculativam, et nullomodo practi-  
cam dicunt.

<sup>25</sup> **107.** Aristoteles ergo inquit quod  
logici illi, qui in mera contemplatione objecti lo-  
gicae plane quiescent, quin transeant ad dirri-

[p. 60]

gendum intellectum in suis operationibus, ne falso  
assentiantur, neve inquam captiosa probabilitate  
fallatur: hi aequivocam naturam Logicae interimunt  
et quasi destruunt.

<sup>5</sup> **108.** Quidquid autem sit de mente  
Aristotelis fatendum est Logicam non esse ipsum sci-  
endi objectivum, scilicet medium ipsum quo adquiri-  
tur scientia, sed tantum est modus sciendi forma-  
lis nempe Dialecticae regulae, quibus intellectus  
<sup>10</sup> dirigitur ad conficiendum modum sciendi ob-  
jectivum; quae regulae utpote fundatae in iis ip-  
sis principiis luminae naturae notis non indi-  
gent alia probatione.

**109. Argues quarto:** si lo-  
<sup>5</sup> gica est propria scientia admittendus est prece-

ssus in infinitum; sed hoc repugnat; ergo logica non est scientia. Probatur major: si logica est vera et propria scientia, est cognitio rei per demonstrationem adquisita; sed ex demonstratione arguitur, sive sequitur processus in infinitum; ergo. Probatur minor: ipsa demonstratio logica etiam debet esse scientia, et per consequens cognitio adquisita per aliam demonstrationem; et sic in infinitum. Igitur si logica est cognitio per demonstrationem adquisita sequitur dari processus ad infinitum.

**110.** Respondeo: infinitum argumentum redid finitum nam etsi Logica sit cognitio cer-

[p. 61]

ta, et evidens rei necessariae per demonstrationem adquisita: ex hoc non sequitur quod detur alia demonstratio, per quam haec fundata in primis principiis demonstretur, alias demonstraretur idem per idem et principium demonstrationis esset etiam principium probationis. Conclusio ergo quae infertur ex duabus judiciis fundatis in principiis per se notis non indiget alia probatione, nam concessis praemissis ipsius syllogismi utpote clarioribus meridiae tenetur etiam intellectus assentire conclusionis deductae ex ipsis cum totaliter continetur conclusio ipsa in praemissis.

**111.** Pariter tiam et eodem modo: cum  
<sup>15</sup> tota Logica incumbat in directione potentiae intellective, nempe intellectus fundatur etiam hujusmodi directo in primis principiis quae negari non possunt, nec conclusiones deductae ex ipsis principiis, unde nec sequitur dari processus in infinitum ex eo quod  
<sup>20</sup> artefacti logicales sint scientifici, quia tandem deveniendum est ad demonstrationem, quae ultra rationibus non posit demonstrari ut communiter continet dum demonstratur syllogismus, v.g. rectos cuius demonstratio frequenter fundatur in principiis  
<sup>25</sup> per se notis, v.g. omnis syllogismo cuius extrema indentificantur cum medio un praemissis, necesario identificare extremum cum extremo

[p. 62]

in conclusione; sed talis est syllogismus rectus,  
ergo.

**QUAESTIO 2<sup>a</sup>**  
**QUODNAM SIT OBJECTUM LOGICAE?**

**5 112.** Cum quaelibet scientia specificetur ab suo objecto, debemus perquisita Logicae natura illius objectum investigare. Objectum ergo alicujus scientiae **dicitur illud circa quo ipsa scientia demonstrative occupatur**; cum ergo omnis scientia sit cognitio alicujus rei, res illa cuius naturam inquirit, cuius principia investigat, et cuius proprietates ostendit, illa dicitur objectum

tum illius scientiae; qualibet enim scientia pure speculative tantum sistit in contemplatione  
<sup>15</sup> sui objecti, quia tantum naturam objecti inquirit; scientia vero ita quae proprie vel saltem practica est, quia ultra progreditur ad dirigendum opus propriam debet investigare materiam.

<sup>20</sup> **113.** Materia alicujus scientiae practicae dicitur illa in qua recipitur poerfectio, seu forma per quam productio, seu fundamentum ab agente dirigit facultatem. Logica enim ut ex dictis patet est scientia non pure speculativa, sed aliquando practica, quia ultra contemplationem sui objecti progreditur ad dirigendum intellectum in suis operationibus. Logicae objectum et materiam investigare debemus.

[p. 63]

Jam diximus quod modus sciendi est oratio ignoti manifestativa; hic dividitur modus sciendi in formalem, et objectivum, modus sciendi formalis sunt regulas intellectu dirigentes, ut post cognoscere ignotum et verum a falso discernere. Modus vero sciendi objectivus, qui communiter instrumentalis dicitur, sunt quaedam instrumenta sciendi ad quorum constructionem modus sciendi formalis dirigit. Hiis praelibatis

<sup>10</sup> **114. Sit Conclusio.**

Modus sciendi formalis est objectum adaequatum Logicae; materia vero sunt definitio, divisio, et argumentatio. Conclusio duas habet partes, probatur primo quoad primam partem: illud est  
15 objectum adaequatum Logicae cuius naturam inquirit, principia investigat et proprietatis ostendit; sed haec omnia agit Logica circa modum sciendi formalem; ergo modus sciendi formalis est objectum adaequatum Logicae. Probatur minor. Logica  
20 inquirit naturam definitionis, divisions et argumentationis, earumque principia investigat, et proprietates ostendit; sed practicae modi sciendi species sunt modus sciendi formalis; ergo Logica modi sciendi formalis naturam inquirit, principia investigat, et proprietates ostendit.  
25

**115.** Confirmatur: nam Logica tenetur intellectum dirigere praeter contemplationem

[p. 64]

sui objecti ut in veritatem cognoscendam errore non ponit et ob hanc rationem ipsi praebet regulas infallibiles, quibus intellectus instructus summa facilitate posit veritatem invenire, et operationem ita elicere ut nullomodo in falsitate judicii, v.g. possit incidere. Cum ergo haec omnia debeat intellectus facere mediis regulis logicalibus, debet iste a Logica depurari omne errore,

<sup>10</sup> tunc per inquisitionem naturae, tunc  
per principium investigationem, tunc de-  
nique demonstrates earumdem proprietati-  
bus: igitur tota incumbit Logica circa  
modum sciendi formale, ergo iste est  
<sup>15</sup> objectum adaequatum Logicae.

**116.** Probatur 2<sup>a</sup> pars:  
nihil invenitur in tota Logica praeter  
regulas definiendi, dividendi, et argumen-  
tandi, definitionem, divisionem et argu-  
<sup>20</sup> mentationem sed singulae definiendi  
sunt objectum adaequatum Logicae; ergo  
definitio, divisio, et argumentatio sunt  
Logicae materia. Probatur minor: Lo-  
gicae objectum ut jam dictum est simul  
<sup>25</sup> et probatum, eest illud circa quod ipsa  
Logica demonstrativa occupatur; ergo.

[p. 65]

Probatur eadem minor, nempe quod definitio,  
divisio et argumentatio sunt materia  
ipsius Logicae: id in quo recipitur perfectio  
seu forma data à Logica dicitur ejus ma-  
<sup>5</sup>teria; sed in definitione, divisione et ar-  
gumentatione recipitur perfectio Logicae  
facultatis. Ergo isti modi sciendi sunt ma-  
teria Logicae.

### **Argumenta Solutiva**

**10 117. Argues primo:** objectum sciendi debet esse sicut scientia; sed scientia es una. Ergo modus sciendi formalis non potest esse objectum adaequatum ejus. Probatur consequentia: modus sciendi formalis sunt regulae definiendi, dividendi, et argumentandi, quae regulae sunt multae; sed scientia est una: ergo modus sciendi non potest esse objectum Logicae.

**118.** Respondeo quod praedictae regulae, quae proprie modus sciendi formalis dicuntur, duplíciter possunt considerari, vel per modum unius vel unaquaque singillatim sumpta dum a Logica considerentur quatenus earum proprietates investigat, et naturam inquirit regulae sunt per modums unus; nam objectum debet esse unum. Ea unitate quae scientia est una hoc modo regulae

[p. 66]

sunt quid unum non unitate per se, sed unitate ordinis et aggregationis, quae sufficit ut Logica dicatur una unitate compositonis; quia cum non sit una simplex qualitas, sed composita ex pluribus habitibus specie distinctis, scilicet ex habita definiendi, percipiendi, et judicandi, non potest habere unitatem absolutam.

**119. Argues secundo:** syllo-

<sup>10</sup>gismus est objectum Logicae; ergo non est modus  
sciendi formalis. Probatur antecedens: Subtilis Doc-

tor quaestione 3<sup>a</sup> universalium clare docet

syllogismum esse objectum Logicae; sed a mente

Mariani Doctoris non debemus recede-

<sup>15</sup>re absque fundamento. Ergo syllogismus est

objectum Logicae. Confirmatur seu regetur

ad syllogismum, nam vel sunt definitiones, divi-

siones qua proprie vel per accidens tractan-

tur, seu reducuntur ad syllogismum.

**20 120. Respondeo:** fa-

teor ingenue omnia reduci ad syllogismum

quae tractantur in Logica Aristotelica, non

tamen omnia quae tractantur in Logica

prout his in temporibus traditur a Philo-

<sup>25</sup>sophis, quae comprehendit Logicalia praeludia,

universalia Porfirii, definitionem, di-

visionem et argumentationem. Hoc modo

[p. 67]

considerata Logica, non potest respicere syllo-

gismum pro objecto; Logica enim aristote-

lica pure speculativa, et nullomodo prac-

tica scientia est, non vero nostra Logica,

<sup>5</sup>quia ultra contemplationem objecti pergit

ad dirigendum intellectum in suis operatio-

nibus. In hoc sensu intelligentus Doctor

Subtilis, qui in libro Primo Priorum quae-

tione 2<sup>a</sup> ita ait: *Cum ergo argumentatio  
sit modus sciendi perfectissimus ideo de  
isto facit Aristoteles totam Logicam. Quid  
mirum si haberet pro objecto syllogismum.*

**121. Argues tertio:** objectum adaequatum Logicae sunt tres quaestiones intellectus; ergo non est modus sciendi formalis. Probatur antecedens, quidquid in Logica tractatur reducitur ad tres quaestiones intellectus, sed quia in Logica Aristotelica quidquid tractatur ad syllogismum reducitur, syllogismus est objectum Logicae aristotelicae.  
**20** Ergo etiam quia quidquid tractatur in Logica nostra reducitur ad tres mentis operationes, hae debent esse objectum adaequatum Logicae.

**122. Respondeo:** utique quidquid tractatur in Logica aristotelica ad syllogismum reducitur<sup>13</sup>  
**25** perque Aristoteles in ea veluti de primario, et per se agit de syllogismo; quapropter potius ars syllogismi, quam scientia dici debet,

[p. 68]

quia tota incumbit in syllogismi constructione, et in regulas tradendis ad ejus sufficientiam. Logica vero prout a nobis traditur, et his in temporibus a communis Philosophorum  
**5** ut directrix intellectus, tantum per accidens

<sup>13</sup> Una palabra ilegible, tinta borrada.

agit de mentis operationibus; primario vero et per se, de directione intellectus esse in cognoscendo errorem patiatur, et verum pro falso falsumque pro vero percipiat, et ne ex fasitate <sup>10</sup> perceptionis sequatur absdubio falsitas iudiciorum, unde quidquid in Logica nostra tractatur ad directionem intellectus dirigur mediis regulis scientificis, quae utpote fundata in principiis per se notis et lumine naturae <sup>15</sup> adquisitis non possunt intellectus ducere in falsitatem nec in errorem; per quod patet ad argumentum.

QUAESTIO 3<sup>a</sup>

UTRUM LOGICA SIT NE-

<sup>20</sup>CESSARIA AD ALIAS SCI-  
ENTIAS ADQUI-  
RENDAS

**123.** Noto primo quod sermo non est de Logica materiali, quae est lumen rationis, sed de Logica <sup>25</sup> artificiali, quae est facultas intellelctum dirigen-  
gens in suis operationibus, ut ignotum cognoscat et verum a falso discernat; estque antea  
dixi, janua ad alias scientias qua aperta

[p. 69]

omnes aperiuntur, et qua clausa omens clauduntur, ita magnus pater Augustinus,

Logicam artificialem utilem est ad adquirendas  
alias scientias fatentur philosophi si paucos  
<sup>5</sup> et insipientes excludas; quia tamen aliud est  
esse utilem, aliud necessarium, et item alia ne-  
cessitas absoluta, alia secundum quid. Magna  
oritur contensio inter philosophos an sit  
necessaria absolute sive simpliciter, an vero  
<sup>10</sup> secundum quid, seu respective? Hic notate  
quod necessitas absoluta ea dicitur qua nullo  
modo potest assequi finis; necessitas vero resp-  
ectiva dicitur illa qua potest esse consecutio  
finis non tamen ita compelte, et in omni sua  
<sup>15</sup> latitudine sicut desideratur.

**124.** Nota secundo  
scientiam duplice in statu posse considerari,  
vel in statu imperfecto, vel in statu perfecto.  
Consideratur scientia in statu perfecto, seu  
<sup>20</sup> adquiritur quando intellectu non solum utitur ea  
efficienter, sed etiam scienter ut uti solent Logica  
philosophis qui eam in statu perfecto adquirunt,  
qui conficiunt argumentationem, definitionem  
divisionemque juxta sciendi modi; et sic defi-  
<sup>25</sup>nitio constans genere et differentiae, aliisque quali-  
tibus essentialibus generat scientiam, pariter  
etiam divisio et argumentatio. Consideratur  
scientia seu adquiritur in statu imperfecto

[p. 70]

dum intellectus ea utitur efficienter, et non

scienter, qualis est usus rustici qui solo lumine naturae cognoscit totum majus esse sua parte, pariter cognoscit totum dividi in suis partibus ex quibus cognitionibus suyos efficit syllogismos et argumentationes. Sed cum rusticus ignoret regulas bonae definitionis, argumentatioens, et divisionis, inde est quod demonstrsationes a rustico effectae non generant 10 scientiam, quia non conformantur regulis, qua constitutae sunt ad uniuscujusque modis sciendi perfectionem. His notatis

**125. Sit Conclusio.**

Logica artificialis ad adquisitionem scientiarum 15 in statu perfecto non solum utilis est, immo necessaria simpliciter. Probatur Conclusio: illud est necessarium simpliciter ad adquirendas scientias in statu perfecto, sine quo nullo modo possunt adquiri in statu perfecto; ergo Logica 20 est simpliciter necessaria ad alias scientias adquirendas in statu perfecto. Major est evidens et non indiget probatione, quia medium ad finem obtinendum necesse est simpliciter. Probatur minor: quaelibet alia scientia, vel 25 nititur in principiis divisiones, argumentationis, definitionis, seu demonstrationis sed hac absque Logica in perfecto statu sunt

[p. 71]

impossibilis adquisitionis; ergo Logica simpliciter necessaria est ad alias scientias adquirendas in statu perfecto. Minor in qua unice stare potest difficultas de singulis in solutione argumentorum amplius clarescet.

### **Argumenta Solvuntur**

**126. Argues primo:** Logica non est simpliciter necessaria ad alias scientias adquirendas,  
<sup>10</sup> si absque Logica possunt adquiri, sed ita est. Ergo Logica non est necesaria. Probatur minor: quilibet homo rusticus hoc modo ratiocinatur: tu debebas mihi denarios decem, v.g. solvisti quinqui, ergo alia quinque adhuc <sup>15</sup> restant; sed haec demonstratio scientifica et aliunde rusticus Logicae ignarus; ergo Logica ad scientias adquirendas non est necessaria.

**127. Respondeo quod** quamvis consequentia illata a <sup>20</sup> rustico sit vera, et aliquomodo scientiam praestet, non ideo scientifica dicenda est; nam fortuito, et a casu tantum efformata, et absque ulla conformitate cum rebus logicalibus est educta. Unde rusticus ignorat cur vel qua de causa sit ita inferenda conclusio ex praemissis ante appositis, quarum debebat habere aliqualem intelligentiam vel sciret rex hi praemissis talem conclusionem inferri. Caeterum quam-

[p. 72]

plurimae etiam dantur demonstrationes, quae fundantur in primis principiis lumine naturae notis, quae videntur conformes cum regulis logicalibus, et quae rationem dubitandi minime relinquunt, circa earundem inductionem dubitat tamen qui ignarus est Logicae an sit vel non conformis cum regulis et hoc sufficit ut non dicatur scientifica, quia ultra requiritur quod sciat se conformari cum regulis, admodum quo dum quis est interrogatus de re aliqua quam scire debebat et dubitanter respondit adaequatae interrogationi non potest dici hunc scire rem interrogatam; pariter etiam de rustico conficieni syllogismum absque cognitione regularum.

<sup>15</sup> **128. Instabis.** Rusticus int ali casu certus, et securus est, sed si ita inductio illa scientifica est. Ergo contra responsonem. Probatur minor: scientia eest cognitio certa et evidens absque formidine de opposito; sed in casu rusticus est certus absque formidine de opposito. Ergo demonstratio illa est scientifica.

**129.** Respondeo utique rusticus est certus et securus ex sua inductione seu argumentatione lumine naturae, male autem ex hoc infertur scientia artificialis in illo; alias quilibet logicus debebat habere scientiam de occultis arcanis, et misteriis nostra fidei, quia nullam habet rationem dubitandi absque temeritate eorum, quae Ecclesia Catholica

[p. 73]

ut certum et fide credendum fidelibus proponit.  
Deinde definitio scientia inter arguendum ad lata  
aequivoca est et rejicienda; cognitio etiam rerum  
agendarum, quae ad mores pertinent est cogni-  
5tio certa, et evidens, et tamen non dicitur  
scientia sed prudentia; cognitio etiam eorum  
qua industriosi fieri possunt in extranea ma-  
teria etiam est cognitio certa, et dicitur ars,  
quid plura ut refutetur difficultas, et pro  
10 certo habeatur, quod scientia est cognitio  
certa et evidens, rei necessaria per demonstratio-  
nem adquisita, quam cum rusticus non valeat ad  
unguem juxta regulas logicas facere, non potest  
dici rusticum si scire bonam de4monstrationem feci-  
15sse, quod requiritur ut scientifica dicatur.

**130. Argues secundo:** si Logica est necessaria ad ali-  
as scientias adquirendas, etiam est recesaría  
ad adquisitionem Logicae; sed hoc non est dicen-  
dum. Ergo Logica non es necessaria. Probatur major  
20 pluribus rationibus. Primo Logica est vere et  
proprie scientia; sed ad adquisitionem scientiarum  
Logica est necesaria. Ergo est necessaria ad adqui-  
sitionem sui ipsius. Nulla scientia difficilior  
Logica; sed ad adquisitionem aliarum scientiarum ne-  
25cessaria est Logica. Ergo potiore jure ad adqui-  
sitionem sui ipsius.

**131. Respondeo Logicam esse necessa-**

[p. 74]

riam quatenus sub duplice respecto potest considerari; vel ratione principiis, vel ratione finis, et cum logica sit opus intellectus tradens regulas quibus ipse dirigitur in suis operationibus, ut omnes philosophoi fatentur, quatenus intellectus operatur juxta triplicem modum; qua potest operari primae mentis affectiones seu perceptiones deserviunt ad clarum consecutionem secundae operationis intellectus,  
<sup>10</sup> nam ex perceptionibus formantur judicia pariter etiam et eadem modo deserviunt perceptiones et judicia ad tertiam intellectus operationem pertingendam, ex judicis formantur discursus; aequomodo<sup>14</sup> Logica est necessaria  
<sup>15</sup> ad adquisitionem. Logicae sit alia et distincta, et necessaria. Quomodo simile illustratur responsio si lucem ponas in cubiculo clauso objectorum varietate ornato et diversibilia<sup>15</sup> redundunt omnia objecta percipiturque  
<sup>20</sup> eorum dissimilitudo, et distinctio uno intuitu; nonne necessaria erit alia lux ut perfecte et complete vedeatur illa quae in cubiculo est? Nullo modo ipsa sufficit, utclare clarius ipsa et alia objecta videbantur; pari ergo modo Logica est sui respectu et aliarum scientiarum.

### 132. Argues tertio: quamplurimi

<sup>14</sup> Lectura por el sentido, original *en comodo*.

<sup>15</sup> Lectura por el sentido, original *divisilia*.

absque Logica adepti sunt mathematicam, jus  
regium et pontificium, sed si Logica est necesaria  
<sup>30</sup> ad alias scientias adquirendas hoc immo eve-

[p. 75]

nire, ergo non est necessaria. Probatur minor:  
quod necessarium est simplicitir ad aliquid per-  
tingendum est ita necessarium, ut absque illa nec  
utiquam post pertinengere; sed si Logica esset nece-  
<sup>5</sup>ssaria ad alias scientias adquirendas nequa-  
quam possent homines eas adquirire absque  
Logica. Ergo stat minor.

**133.** Respondeo praedictas faculta-  
tes absque Logica artificiali non posset scientias  
<sup>10</sup> vocare, nam haec **est cognitio certa et evidens**  
**rei necesaria per demonstrationem adquisita**,  
qua nullenus potest haberi absque perfecta  
intelligentia, et cognitione regularum dialectica  
qui absque praedictis regulis aliquam facultatem  
<sup>15</sup> habent non possunt habere veram et perfec-  
tam intelligentiam earum, nec valet dicere Logicam  
tantum deservire ad perfectam adquisitionem scien-  
tiarum, et hoc tantum respicere scientiae modum non  
vero substantiam non valet inquam quis namque  
<sup>20</sup> fidere potest in ulla cognitione seu demonstra-  
tione ab ipso facta nesciente regulas quibus demons-  
tratio fieri debet: nonne poterit iste demonstra-  
tiones reducere usque ad prima principia? Nullo  
modo: iste operando facit, quod ignorando non

<sup>25</sup> intelligit. Praetera qui absque principiis aliquam

[p. 76]

exercet facultatem semper in periculo errori, et  
proclivis ut de errore in errorem decidat, hoc  
est, non habere scientiam et operare sicut rusti-  
cus tantum lumine naturae, et absque regulis qui-  
<sup>5</sup>bus intellectus in cognoscendo, operandoque dirigitur.

DISPUTATIO PRIMA  
DE PERTINENTIBUS AD  
PRIMAM INTELLECTUS OPE-  
RATIONEM

<sup>10</sup> **134.** Omnia quae tractavimus circa hanc operationem  
intellectus, Libro primo ad ideam reduci possunt, ut  
sunt termini idearum nuntii quorunm alii veras re-  
rum ideas earundemque naturas explicat, alio  
vero nonnisi secundas intentiones per actum com-  
<sup>15</sup>parativum circa ibi dicta hic aliqua veniunt  
investiganda ut sunt idearum natura et origo  
earum diversitas, veritas et falsitas, dependen-  
tia intellectus in percipiendo assensibus primari-  
um et immediatum vocum significatum, utrum  
<sup>20</sup> itidem idearum universalitas extendatur ad na-  
turatas in se consideratas, per quem denique actum  
intellectus fiat universale et quomodo. Alia  
in secunda intellectus operatione et in tertia  
prout unicuique correspondet pertractavimus.

**<sup>25</sup> QUAESTIO PRIMA.**

UNDE SIT ORIGO IDEARUM?

**135.** Prius animadvertere oportet tot Philosophorum

[p. 77]

circa originem idearum admirandam diversitatem,  
sed citius scitote quod perceptio intellectus nem-  
pe actus ille, quo objecta sibi repraesentat  
a philosophis, forma rei, notio exemplar, per-  
<sup>5</sup>ceptio, idea dicitur. Mens humana dicitur  
facultas illa qua homo percipit, discurret  
et ratiocinatur, qua diversa officia exer-  
cet penes diversas rerum repraesentationes, sen-  
sationes. Dicitur etiam mens humana vis illa  
<sup>10</sup>qua homo percipit plura et diversissima ob-  
jecta, de ipsis postea judicat, et denique discurrit;  
objecta si bona sunt ea appetit, si vero mala  
adversatur.

**136.** Cum ergo in praesenti tantum aga-

<sup>15</sup>mus de mente humana quatenus percipit abs-  
que eo quod judicet de objecto, tum proprietatibus  
oportet diversa officia qua exercet mens referre.  
Dicitur etiam mens humana facultas senti-  
endi, virtus imaginandi, sensus intimus, et  
<sup>20</sup>vis intellectiva; facultas sentiendi seu potentia sen-  
sativa est illa qua percipimus obejcta sensitiva per  
sensus externos ut sunt colorata, sonora, odora,  
sapida et tactibilia; sensus externi sunt visus, au-

ditus, olfactus, gustus et tactus, qui vulgo organa  
25 sensoria dicuntur, quia illis anima utitur tam-  
quam organis et instrumentis ad sensibilia ob-  
jecta percipienda.

**137.** Facultas imaginandi est illa  
qua percipimus res sensibiles, et materialis, quae  
30 olim sensu externo perceptae in earum imagi-

[p. 78]

nibus sistimus, quae quidem imagines in fantasia  
depinguntur ad modum quo sigillum in molle cera;  
nam phantasia nihil aliud est pro materiali nisi  
quaedam pars cerebri subcinerisia et callosa,  
5 quae est origo omnium nervorum; in hac enim  
pro libito species earum rerum, quae antea  
nobis praesentes fuerant; sic enim oculis clau-  
sis, auribus quae concertos musicos percipimus  
et murmur procellarum maris, plurimisque phan-  
10 tasmas conspectu horribiles; longitudine defor-  
mes clausis oculis vidimus. Sensus intimus dici-  
tur vis illa qua mens humana se ipsam percipit  
intimeque cognoscit et suarum operationem fit con-  
scia.

**15 138.** Vis intellectiva, seu facultas intelligendi  
est illa mentis vis, qua res intelligibiles, seu spiritua-  
les qua in phantasia ratione sui non possunt depin-  
gi vel etiam sensibiles cognoscimus nobisque metipsis  
repraesentamus; hic advertendum est quod virtus

<sup>20</sup> intellectiva respicit res corporeas et materiales,  
et etiam earum attributa et praedicata, quae per  
sensus externos, et phantasia seu imaginatione  
minime percipiuntur; sic res corporeas et ma-  
teriales, sensu externo et imaginatione percipimus;  
<sup>25</sup> at earum essentias, naturas et proprietates virtute  
intellectiva percipimus; nam res corporeae et  
materiales per sensum externum percipiuntur quia  
sensibiles, earum vero essentia et natura quia mi-  
nime sub sensum ministerio cadunt, percipi-  
<sup>30</sup>untur virtute intellectiva.

**139.** Res autem spirituales

[p. 79]

seu intellectuales percipiuntur a potentia inte-  
llectiva, ut sunt Deus, Angelus, anima ratio-  
nalnis, cognitionis Divinitatis, dubitationis, virtu-  
tes, veritas rerum, possibilitas et alia hujusmo-  
<sup>5</sup>di, quae per se a phantasia seu imaginativa per-  
cipi non possunt. Explicatis sic potentiis ani-  
mae, scire restat, quomodo et quibus modis ani-  
mae operatur; simplex ergo perceptio pro di-  
versitatis objectorum et pro diverso modo perci-  
<sup>10</sup>pienndi est multiplex, dicitur sensatio externa,  
imaginatio, conscientia et idea. Sensatio ex  
terna est perceptio objecti sensibilis et materi-  
alis, quae oritur ex praesenti actione objecti in  
organis externis. Imaginatio est interna sen-  
<sup>15</sup>satio qua nobis repraesentamus objecta sensibi-

lia, idearum imaginibus et ad hanc non requiri-  
tur praesens excitatio objecti externi; consci-  
entia prout in praesenti dicitur perceptio illa  
qua per sensum internum actus nostri men-  
<sup>20</sup>tis operationes et passiones sentimus. Idea  
in strictiori sensu est modificatio intellectus ad  
praesentium rei repraesentatae.

**140.** Antiquorum et recentiorum  
philosophorum placita circa idearum  
<sup>25</sup> origine varia sunt. Pythagoras ergo certa philo-  
sophia institutor, in eo fuit errore ut doceret  
mentes humanas fuisse a Deo creatas absque  
corporibus, easque cum in suum Creatorem  
pecassent, ad puniendam injuriam illatam in corpori-

[p. 80]

bus veluti in carcere inclusas fuisse; notiones ve-  
ro et rerum ideas quibus in earum creatione ins-  
tructae fuerant per connexionem corporis ita perturba-  
ta et delecta fuisse ut nonnisi labore et mag-  
<sup>5</sup>no studio possint adquiri. **Unde nostrum scire**  
**est tantum reminisse.** Pythagoras secutus fuit Plato.

**141.** Epicurus et epicurii nihil omnino in rerum  
natura existere affirmabant praeter innane seu va-  
cuum et at homos; consequenterque nullam dari subs-  
<sup>10</sup>tantiam spiritualem; omnesque cogitationem a ma-  
teria profluere existimabant eam simulacris  
quibusdam contineri, sive imaginibus materiali-

bus, quae a superficie rerum cadunt quasi spolia  
et in organa sensoria incurront. Aristotelici  
<sup>15</sup> cum suo Principe, Peripato et Gassendus fatentur  
animam rationalem esse spiritualem sed nihilomi-  
nus asserunt nullam ideam posse habere nisi minis-  
terio sensuum externorum; et mediante phantasma-  
te; unde apud peripateticos communia sunt haec  
<sup>20</sup> effata: **nihil est in intellectu, quo prius non fuerat**  
**in sensu; anima numquam intelligit sine corpo-**  
**reo phantasmate.**

**142.** Renatus Cartesius, qui primus  
post Peripatum novum adornavit systema de ori-  
<sup>25</sup>gine idearum, cum Cartesianis arbitratur in-  
tellectum nostrum non posse producere suas  
ideas, sed eas a Deo recipere; haec proinde sim-  
plicem perceptionem non esse operationem sed  
passionem mentis, ipsumque intellectum esse po-

[p. 81]

tentiam mere passivam. Triplex idearum genus  
distinguunt, nempe innatas, adventitias et fac-  
titias, quae explicatae manent dum agimus de  
prima operatione intellectus.

<sup>5</sup> **143.** Malebranchius  
suum etiam sistema instituit de idearum origine,  
istae enim in primis asserit mutationesque fiunt  
in anima, gaudium scilicet et tristitiam; omnesque  
sensationes luminis, caloris, saporis, somni et

<sup>10</sup> caetera non percipit per veram et distinctam perceptionem sed solum confuse attingit per conscientia. <sup>2°</sup> distingit perceptionem de idea in eo quod perceptio sit in mente, idea vero seu ipsa rei repraesentatio sit extra mentem,  
<sup>15</sup> nempe in Deo, sive idea est exemplar rei in Deo intuemur. Duo denique docuit Malebranchius: primo quod omnia qua in nobis contingunt per conscientiam seu sensum intimum cognoscuntur; secundo quae extra  
<sup>20</sup> nos sunt posita in ipso Deo cognosci, supposito quod Deus habeat in se omens rerum ideas.

**144.** Quod plurimi Philosophi alii aliter circa origine idearum cogitant, quos referre nimis molestum esse puto: tam clarissimis Genuensis, qui inter recentiores suum dilucidum de origine idearum elaboravit vobis sumati referam; ait enim vir clarus in *Institutionibus Philosophicis*, primam mentis operationem necessario a sensibus pendere debere, postea vero animam ex hac cognitione plurimas

[p. 82]

posse ideas pure intellectuales, et absque ulla dependeat a sensibus efformare.

**145.** Alii aliter dicunt.

Cartesius etiam in suo systemate de admirabile certio anima inter corpus una cum Malebranchio tenent Deum occasione motus corporis in

anima producere ideam correspondentem motibus corporis; et similiter ad motum animae suum placitum et motum efficere in corporibus motus <sup>10</sup> correspondentes volitionibus animae, ut postea, favente Dei, videbitis in secunda Metaphysicae parte de anima tractamus.

**146. Quid vero**

nos hac super res censeamos sequentes hactenus declarabunt, sed prius scire oportet quod qualibet mentis nostrae operatio duplici in statu considerari potest: nempe in statu actuali, et in statu habituali; in statu actuali consideratur prout in hoc alligationis animae <sup>20</sup> cum corpore datur in nobis actualis rei motio, vel volitio; in statu habituali, consideratur quatenus inest mentis nostrae facultas ad omnia objecta cognoscenda, non solum materialia, et quae sensibus percipiuntur <sup>25</sup> immediate, sed etiam objecta spiritualia et pure intelligibilia, quae nullatenus immediate attinguntur a sensibus. His praelibatis

**147. Sit conclusio. [Prima operatio mentis]**

[p. 83]

nostrae pendet a sensibus. Probatur Conclusio: prima mentis operatio debet esse circa aliquam rem corporalem, sed res corporea cognoscitur per sensus. Ergo,

prima mentis operatio pendet a sensibus. Probatur major:  
5 prima mentis operatio non potest esse alicujus rei  
spiritualis, taliter ut res ipsa sit objectum opera-  
tionis mentis; sed si res quae est obejectum hujus ope-  
rationis non est spiritualis debet esse aliqua res cor-  
porea.

10 **148.** Probatur secundo: dum aniam incumbitur in cor-  
pore debet anima sentire in corpore; ergo prima men-  
tis operatio est circa aliquam rem corpoream. Probatur  
antecedens: dum anima incumbitur corpori inti-  
me uniri corpori quin in corpus sentiat; ergo dum  
15 anima infunditur corpori primo sentit corpus. Con-  
firmatur: anima in statu unionis cum cor-  
pore nihil habet proximius sibi in ratione cognosci-  
bilis praeterea corpus, quia nullum datur medium ani-  
mam ipsam inter et corpus; igitur anima in sua pri-  
20ma operatione pendet a corpore tanquam ab objecto  
cognitionis.

### Solvuntur argumenta

**149. Argues primo:** anima in primo instanti sui potest  
se ipsam cognoscere, sed hoc posito prima mentis ope-  
ratio 25 debet non esse circa aliquam rem corpoream.  
Ergo contra conclusionem. Probatur major: nihil deest  
anima ad hoc ut in primo instanti sui se ipsam  
cognoscat; sed ita potest se ipsam cognoscere, ergo.  
Probatur major: in primis datur potentia cognoscitiva

[p. 84]

in ipsa anima, aliunde datur objectum cognitionis  
in ipsa anima; ergo nihil deest anima ad hoc  
ut se ipsam cognoscat in primo instanti sui.

**150. Respondeo.** Duo consideranda veniunt in ipsa anima  
<sup>5</sup> in primo instanti sua creationis, et substantia ani-  
mae et facultas cognoscendi et sentiendi mediis poten-  
tis quibus ornatur; fateor ingenui nihil esse praesto  
anima quam ipsa sibi hoc tamen debet intelligi in  
ratione substantiae, non in ratione cognoscibilis:  
<sup>10</sup> quare etiamsi detur in anima potentia cognoscitiva  
in statu unionis cum corpore, deest tamen animae  
objectum cognitionis.

**151.** Anima ergo non cognoscitur  
nisi per discursum quatenus cognoscit se scientifice  
<sup>15</sup> admodum quae suas scilicet ideas universales ex cog-  
nitione particularium seu singulorum, prius enim  
anima singularia cognoscit ipsaque ad invicem  
comparat, et ex convenientia singulorum suas  
efficit universalium ideas. Pariter etiam dum cog-  
<sup>20</sup>noscit se ipsam cognoscere ex cognitione objecto-  
rum externorum. Denique ab intimo sensui con-  
sulamus nullus affirmare potest primam sen-  
sationem fuisse alicujus rei spiritualis, quia  
nullus est qui memoretur amplius eorum qui  
<sup>25</sup> ipsi in primaeva aetate accidernunt.

**152. Intabis:** ipsa  
substantia animae est sufficiens ratio ut se ipsam

cognoscat: ergo nulla est solutio. Probatur antecedens:  
non minus spiritualis est anima rationalis

[p. 85]

quam angelus; sed substantia angeli est sufficiens ratio ut se ipsum cognoscat. Ergo etiam substantia animae est sufficiens ratio ut se ipsam cognoscat. Major utpote certa ab omnibus admittitur; substantia spiritualis non variatur in esse substantiae nec accipitur magis et minor; minor etiam non indiget probationem, quia nullus est, qui posset angelum privari a cognitione sui, nam substantia spiritualis ab instrinsece sui est cognoscitiva, simulque sensitiva; igitur.

**153. Respondeo.** Nullam esse paritatem angelus inter et animal rationalem, nam etsi convenienter in ratione spiritus, plurimum tamen differunt in ratione status, quae ratio magni ponderis est ad hoc ut cognoscant seu sentiant substancialis spiritualis. Angelus enim etsi spiritus non informat hominem nec movet corporis naturaliter, quia creatur non fuit a Deo ad ministerius hujus, et ideo nullum habet impedimentum ut se ipsum potest cognoscere; anima vero rationalis cum in statu unionis cum corpore sit velut impedita ab ipso corpore, vel aliquam dependentiam dicat ab eo

interest quod anima non potest se ipsam  
cognoscere absque dependentia a sensibus, id

[p. 86]

est, prius anima cognoscit corpus cui intime est  
unita, et ex cognitione corporis cognoscit se cog-  
noscere, etsi ideam seu perceptionem efformat  
sui ipso; igitur anima in cognitione sub-  
<sup>5</sup>pendet a corpore.

**154. Argues secundo:** omnes  
rerum notiones sunt nobis ingenitae; sed hoc posito  
prima mentis operatio non est sensatio, ergo non  
est. Probatur major: in creatione animae Deus ipse  
<sup>10</sup> dedit ipsi perfectam cognitionem omnium rerum; sed  
haec stare non potest quin rerum notiones nobis  
ingenitae forent; ergo stat major. Pobatur minor:  
implicat Deum animae dedisse perfectam omnium  
rerum cognitionem et notiones rerum non esse  
<sup>15</sup> nobis ingenitas; ergo Deus vel non dedit cogni-  
tionem omnibus rerum animae, vel nobis ingeni-  
tae sunt omens rerum notiones. Urgetur ra-  
tio: si prima mentis operatio non esset intellec-  
tio sed sensatio, nobilior et perfectior esset poten-  
<sup>20</sup>tia sensitiva, intellectiva potentia; equidem da-  
retur sensatio absque ulla intellectione, et in-  
tellectio esse dependens a sensatione; igitur  
prima mentis operatio non est sensatio.

**155. Resppnde. Deum**

<sup>25</sup> utique in creatione animae dedisse lumen naturae,  
quo anima potest cognoscere objecta omnia tunc  
materialia, tunc spiritualia, cum hoc solo dis-  
crimine, quod objecta materialia cognoscit  
anima medio objecto materiali, nempe quate-  
<sup>30</sup>nus ipse exerceatur ad agnitionem rerum spiri-

[p. 87]

tualium et ut inquit Apostolus: invisibilia Dei  
per ea quae facta sunt intellectu conspiciuntur.  
Si ob hanc rationem ausi sunt adversarii  
asserere Deum dedisse animabus rerum omnium  
<sup>5</sup> cognitiones, una cum ipsis fatemur verum  
esse, quod dicunt anima, ergo  
ob facultatem a Deo ipsi praestitam cognoscet  
objecta qua cognoscit, et potest cognoscere ea  
quae ipsi possunt repraesentari.

<sup>10</sup> **156.** At si adver-  
rii conantur confundere habitualem cogni-  
tionem cum actuale inimicitias ponamus  
ipsos inter et nos, utpote veritatem confun-  
dentes omnia subvertunt nocentes quae non  
<sup>15</sup> oporterit; aliud enim est animam posse cog-  
noscere lumine naturae, quae ipsi cognoscibi-  
lia redditur, et aliud est actualiter in  
sui creatione omnia cognoscere. Praeter  
alia quam plurima absurdia sequentia  
<sup>20</sup> ex ridiculo cogitandi modo sequitur  
error peior prioribus, nempe nos omnium

scientiarum notitias habere a primo ex-  
ordio vitae nostrae omnesque aequaliter  
doctos, litteratosque esse: revineant ipsis  
<sup>25</sup> talia assententibus, qui magno studio et  
conatu litteras desiderant, et post longum  
tempus solum capium scire se nesciet

[p. 88]

et omnia perdunt et oleum et opera.

**157.** Male etiam  
inferunt in urgentia nobiliorem esse potentiam  
sensitivam quam potentiam intellectivam, quia praeterquam quod  
<sup>5</sup> nulla detur sensatio quin concomitetur intellectio-  
ne, plurima objecta attinguntur a sensibus. Dein-  
de ex modo operandi infertur in potentia per-  
fectio imperatrici; cum ergo potentia intellectiva spi-  
rituali quodammodo operetur, sensitiva vero mo-  
<sup>10</sup> do materiali; inde est quod perfectio est potentia  
intellectiva sensitiva potentia.

**158. Argues tertio:** ani-  
ma in primo sua creationis instanti debet rem  
spiritualem cognoscere; sed res spiritualis a sensatio-  
<sup>15</sup> ne fugit, ergo prima mentis operatio non est sensatio.  
Probatur major: anima in primo instanti sua creationis de-  
bet cognoscere Deum ejus creatorem; sed eius est objectum  
spirituale; ergo prima mentis operatio est seu debet  
esse alicujus rei spiritualis. Probatur major: anima in pri-  
<sup>20</sup>mo sua creationis instanti secum affert quamdam

similitudinem Dei, nam homo creatus est ad imaginem  
Dei; sed nequit anima secun afferre imaginem  
creatoris, quin cognoscat eam: ergo confirmatur  
in rebus creatis (omnibus notum est) quod dum  
<sup>25</sup> res aliqua fit ab alio artifice qui in operando sit  
celeberrimus propter opus cognoscitur artifex,  
et ejus perfectio in artificiose operando; pariter  
ergo omnia quae a supremo artifice est effecta,  
debet artificem cognoscere utpote a quo suum to-  
<sup>30</sup>tum tradit originem.

**159. Respondei.** Animas rationales creare

[p. 89]

a Deo metipso in instante aliquem in se organisationem licet imperfectam, continent quae quidem anima utpote forma viventis totum esse tribus corporibus in ratione viventium, et ita corpora  
<sup>5</sup> operantur propter animam et anima etiam operatur dependente a corpore ut salvetur mutuum commercium corpus inter et animam. Anima ergo in statu unionis cum corpore non potest Deum cognoscere quin prius cognoscat se cognoscere  
<sup>10</sup> et hoc anima cogitat per sensum intimum dum contemplatur se alias exercere operationes, quam potentiam ad operandum cognoscet se accepisse a Creatore, unde ex rerum sensibilium cognitione assurgit anima ad cognitionem creatoris.  
<sup>15</sup> Demum Deus utique creavit animam rationalem ornatam lumine naturae, tribusque potentiis: memoria

nempe, intellectu et voluntate, quibus ad libitum  
anima uteretur in statu alligationis cum corpo-  
re: intellectu nempe utitur anima ad objecta  
<sup>20</sup> cognoscenda, et sicut repraesentatur a volunta-  
te libere amerentur. Inter creationem animae  
et infusionem in corpore nullus datus medium  
temporis in quo anima possit immorari in cog-  
nitione creatoris, quia omnia contingunt in  
<sup>25</sup> eodem instanti; alias si anima cognosceret Deum  
ipsum videret facie ad faciem et gratificaretur  
fruereturque Deo in statu viae sicut beati in pa-  
tria. Igitur etsi anima secum portu quamdam  
creatoris imaginem hoc non debet intelligi quam

[p. 90]

sit intime praesens per se ipsum animabus nos-  
tris, sed quatenus dedit illis lumen naturae quo  
possent Deum cognoscere si vellent.

### **160. Argues quarto**

<sup>5</sup> **et replicabis:** ergo etsi anima rationalis non  
cognoscat Deum in primo suae creationis instan-  
ti, debet se ipsam cognoscere. Probatur consequentia: in  
primis ex parte sui habet quidquid requiritur  
tempus quia objectum non est ad extra, sed ad in-  
<sup>10</sup>tra; praeterea sequitur quod ipsa potentia cognos-  
citiva in anima esset inutilis frustranea et ni-  
mis otiosa; ergo ne haec absurdia sequantur  
debet admittere animam ad minus se ipsam cognos-  
cere in primo suae creationis instanti.

**10161. Respondeo. Du-**

plici in statu potest considerari anima in pri-  
mo suae creationis instanti, in ordine ad cog-  
nitionem nempe acto primo, et secundo; in  
actu primo anima in primo suae creationis ins-  
15tanti est proxima acta potestque cognoscere quia  
est proxime expedita, habetque in se quidquid  
requiritur ad hoc ut dicatur potentia cognosci-  
tiva. Tamen ad hoc ut si cognitio in actu secun-  
do requiritur quod anima exerceat potentiam cognos-  
20citivam circa aliquod objectum, cum ergo hujusmodi  
objectum quod animae repraesentatur, et primo  
proponitur, ut cognoscibile non sit ipsa anima  
nec aliqua res spiritualis sed tantum corpus  
sui intime unitur hinc eo quod prima animae

[p. 91]

operatio non est intellectio sed sensatio, non  
est cognitio Dei nec sui ipsius, sed corporis.  
Nec ipsa potentia anima est otiosa et superflu-  
a quia etsi non exerceat anima suam activita-  
5tem, ergo objectorum cognitionem actualem vivifi-  
cat, conservat et modo correspondenti dirigit  
vitales actiones corporis.

**QUAESTIO SECUNDA.**

UTRUM INTELLECTUS EFFORMET

**10 ALIQUAS IDEAS PURE**

INTELLECTUALES SEU NU-  
LLOMODO A REBUS

SENSIBILIBUS DE-  
PENDENTES?

<sup>15</sup> **162.** Non defuerunt philosophi, et his in temporibus sunt qui Cartesi et cartesianorum vestigia sequentes intendunt probari dari aliquas rerum notiones, quae nullomodo, nulloque pacto sensibus pendent, ut sunt cognitiones a sensibus <sup>20</sup> dicensae: bonitatis, justitiae, Dei, angelorum et alia hujusmodi objecta, quorum notitia est in nobis, et quia in se nihil materiae continent insensibilia esse absdubio existimant praedicti modi philosophandi sectatores. Alia vero his ever-<sup>25</sup>sa substinente **nihil esse in intellectu quin prius fuerit in sensu**, asserere non dubitant omnes rerum notiones a sensibus pendere, non solum rerum sensibilium et materialium sed etiam rerum insensibilia<sup>16</sup> et spirituali-

[p. 92]

um omniumque attributorum quae tamen rebus materialibus quam in spiritualibus inveniuntur.

**163.** Duplici modo potest quaelibet res in nobis <sup>5</sup> repraesentari: vel immediate et sui ratione, vel mediae vel ratione alterius dicitur rem repraesentari immediate et ratione sui quando ipsa

<sup>16</sup> Corrección por el sentido, original *sensibilia*.

per se attingitur a sensibus, v.g. dum aliquod animal repraesentatur nobis visui et media<sup>10</sup> motione anima excitatur in cognitione quidem animalem. Dicitur rem repraesentari mediate et ratione alterius quando anima ex re repraesentata assumit ob similitudinem vel aliquam connexionem, fundamentum ad cognitionem alterius rei, v.g. dum nobis repraesentatur quidam homo similis fratri suo, et anima ex re praesentatione illius venit in cognitionem alterius, tunc homo repraesentatur immediate et ratione sui, frater vero ejus mediate et ratione alterius.<sup>20</sup>

**164.** Pariter etiam notanda est duplex connexio, seu similitudo, qua inter se dicunt rei, alia est in sciendo et alia in repraesentando. Dicunt res inter se quamdam similitudinem<sup>25</sup> in essendo quando ambae sunt materiales; in repraesentando vero dicunt similitudinem seu connexionem dum licet res integrer se diversa sint naturae, et distinctae, simili modo repraesentatur, ut Deus quando ex creatura re-<sup>30</sup>praesentatur modo materiali; quorum crea-

[p. 93]

tura repraesentatur immediate, et ratione sui, Deus autem repraesentatur mediate et ratione alterius. His notatis

**165. Sit conclusio.**

<sup>5</sup> Nulla est in nobis idea pure intellectualis, seu et sensibus independens. Probatur conclusio: omnis idea quae in nobis datur, vel est complexa vel simplex, vel clara, vel oconfusa, vel denique obscura; sed quacumque sit a sensibus pendens; ergo nulla <sup>10</sup> est in nobis idea a sensibus independens. Probatur minor: idea vel est rei materialis vel spiritu- lis; sed utraque a sensibus pendet; ergo nulla da- tur idea independens a sensibus. Probatur minor: in primis si idea est rei materialis dependent <sup>15</sup> a sensibus; sed aliunde si est idea rei spiritu- alis; ergo utraque.

**166. Probatur major:** nulla est repugna-  
ntia ut res materialis et sensibilis sensibus  
attingatur, sed si ita ejus idea a intellectu effor-  
<sup>20</sup>metur est ope sensuum; ergo est. Nam res ma-  
terialis est sensibilis, et materialis si sunt sen-  
sus. Probatur illa minor principalis auxilio sensus  
intimi: intime sensu cognoscimus nos nihil cog-  
noscere si nihil esset quod sensibus repraesen-  
<sup>25</sup>taretur; atqui si res materiales non reprae-  
sentarentur sensibus nihil quid repraesenta-  
retur; ergo etiam rerum insensibilium notiones

[p. 94]

sive ideae pendent a sensibus. Major est evi-  
dens nam etsi anima sive mens in se expedi-  
tam potentiam habeant ad cognoscenda ea omnia

quae ipsi repraesentantur, non dicitur mentem  
⁵ in se habere cognitionem in actu secundo, sed tan-  
tum in actu primo. Probatur minor: qua sensi-  
bus repraesentatur debet sensus movere; ergo  
debet esse materialis.

**167.** Probatur aliter conclusio: si

¹⁰ aliqua in nobis esset idea pure intellectualis et a sen-  
sibus independens, maxime esset idea rerum spiritu-  
alium et insensibilium; sed harum rerum ideae a sen-  
sibus pendent; ergo nullae sunt ideae pure intel-  
lectuales. Probatur minor: non minus insensibilis est  
¹⁵ res immaterialis, quam res negativa; sed nega-  
tivarum rerum ideae a sensibus pendent; ergo etiam  
rerum spiritualium. Major est per se nota quia sicut  
res spirituales utpote ab omni materia aliena  
nequeunt immediate et ratione sui sensu immu-  
²⁰tare et afficere variis modificationibus, sic etiam  
res negativa, quae in essendo nihil aliud importat  
quam parentiam rei positivae, non potest sui ra-  
tione sensus immutare, et affectiones sensitivas  
causare.

**25 168.** Probatur minor: vel idea rerum spiritualium  
sunt in nobis simul esset animae vel adveni-  
unt nobis postquam ratione utimur; sed prim-  
um est falsum ut postea in sequenti quaestione  
videbitis; ergo secundum et verum: subsum-  
³⁰mo, sed si nobis adveniunt ideae rerum spi-  
ritualium dum utimur rationem, a sensibus

[p. 95]

pendent; ergo ita est. Probatur minor: nihil ingreditur in intellectum quin prius aliquomodo sit in sensibus; ergo si rerum spiritualium notiones seu ideae adveniunt nobis postquam utimur ratione<sup>5</sup> pendent a sensibus.

### Solvuntur argumenta

**169. Argues primo:** intellectui repraesentatur res absque ullo phantasmate corporeo; sed ha-  
rum rerum ideae sunt pure spirituales et a sen-  
<sup>10</sup>sibus independentes; ergo intellectus potest  
efformare ideam pure intellectualis et indepen-  
dentea a sensibus. Major omnibus nota est e-  
quidem Doctore Angelicus, anima rationalis, justitia, bonitas,  
veritas et alia hujusmodi se nullum continent  
<sup>15</sup> phantasma corporeum. Probatur minor: illae rerum ideae sunt  
pure intellectualis, quae ope sensussum non efforman-  
tur; sed rareum phantasmate corporeo carentium ideae ef-  
formantur independenter a sensibus; ergo ideae  
istae sunt pure intellectualis.

**20 170. Respondeo** quod mens hu-  
mana in se potest virtute activa ad rerum noti-  
ones sive ideas efformandas, et hoc praeterquam  
quod ratio ipsa demonstrat Angelicus Doctor  
secunda secundae, quaestione 8°, articulo 1°  
ita loquitur: *Cognitio sensitiva occupatur*  
*circa res sensibiles et exteriores; cognitio au-*  
<sup>25</sup>*tem intellectiva penetrat usque ad essentiam*

*rei, siquidem intelligere idem est ac intus legere;*

[p. 96]

sic etiam propria virtute cadit anima ideas rerum insensibilium et immaterialium. Idea v.g. universalis efformat ex cognitione convenientia particularium. Sic naturam humanam  
⁵ efficit universalem quia respicit convenientiam hominum in eodem natura, ex quibus nempe hominibus per abstractionem intellectus naturam separat, et ea veluti una in suo esse concipit aptam ad praedicandum  
¹⁰ de pluribus.

**171.** Multoties enim contingit quod oculis apertis nihil videamus, quia omnes nos- trae operationes non completunt in sensibus exter- nis absque attentione anima; etiam oculis clausis  
¹⁵ multa vidimus per consideratione intellectus<sup>¹⁷</sup>; sic etiam aliquando in tenebris constituti lucem vidimus, et veluti stellas fulgentes, quae omnia proveniunt ab vivacitate imaginatione, quatenus in ipsa continentur quae-  
²⁰ dam vestigia se signa horum rerum quae reaesenta- tae fuerant nobis; unde a phantasmate determinatur omnes ad omnes eliciendas perceptiones non tamen ita determinatur ut solum materiale et sensi- bile percipiat alias rerum spiritualium notiones

<sup>¹⁷</sup> Siguen seis palabras tachadas: *et veluti stellas fulgentes, quae omnia.*

<sup>25</sup> non posset intellectus efformare.

**172. Res insensibiles et spirituales,** quae ex natura sua omni carent phantasmate materiali nobis etiam repreäsentatur mediis sensibus, non quatenus ipse sensoria materialia immutat, quae actio metaphysica repugnat, quia in se partes physicas et qualitativas non habent quibus in sensuum parti-

[p. 97]

bus in pactione facta, percuterent organa sensoria modo apto ad immutationem causandam. Repraesentantur quidem mediis sensibus quatenus intellectus ex rebus sensibilibus determinatur ad <sup>5</sup> insensibilium cognitiones; ea ergo est virtus humanae menti ut ex sensibilibus rebus ad insensibilia adsurgat.

**173. Argues secundo:** nulla datur propria inter spirituales, et materiales; ergo intellectus ex cognitione rerum materialium non potest spirituales. Probatur antecedens: ea que diametraliter opponuntur nullum dicunt convenientiam, sed res spirituales et materiales diametraliter opponuntur; ergo nullam dicunt convenientiam et proportionem.

**174. Respondeo** duplēm dari similitudinem, et connexionem rei cum re, videlicet

in natura sive in essendo inter res spirituales et materiales quarum naturae mutuo se exclu-  
<sup>20</sup>dunt; res enim spirituales absolute in essen- do carent partibus materialibus, et aliis affecti- onibus, quibus immediate sensoria sentiuntur, res vero materiales ex se ipsis et ab intrinse- co sui sortintur partes materiales et ideo pos-  
<sup>25</sup>sunt propriis viribus immutare sensoria ex- terna, quia intra eorum sphaeram sunt; unde inter res spirituales et corporeas nulla da- tur connexio naturae sive essendi.

**175.** Connexio re-

[p. 98]

praesentationis est convenientia qua datur res inter spirituales et corporeas in modo reprae- sentandi; ambae repraesentantur modo materiali, et sensitivo, quatenus ex rebus ma-  
<sup>5</sup>terialium repraesentatione et effectione intellec- tus circa easdem res propria et innata virtu- te activa, qua ornatur in sui creatione, et quam important verba Psalmisti: *signatum est super nos lumen vultus tui, Domine:* hoc  
<sup>10</sup> namque utitur intellectus dum ex rebus sen- sibilibus assurgit per comparationem ad cogni- tionem rerum insensibilium quia enim intel- lectus ex rebus materialibus occasionem sunt ad cognoscenda objecta spiritualia qua ratio-  
<sup>15</sup>ne spiritus etiam sunt intra ejus sphaeram dicitur

intellectum cognoscere res spirituales mediis rebus materialibus quia simili modo repraesentantur, daturque inter ipsas connexio seu convenientia in repraesentando.

<sup>20</sup> **176. Instabis:** esse representationis oritur ab esse natura; sed nulla datur convenientia naturae: ergo nec representationis. Probatur major: si nullum daretur esse in re repraesentata, nulla daretur repräsentatio res <sup>25</sup> sed non alia de causa, nisi quia representationis oritur ab esse naturae; ergo ita est.

**177. Respondeo** dupli posse oriri esse representationis ab esse naturae; vel omni modo similitudine, id est potest repraesen-

[p. 99]

tare res sensibilis, et communiter contingit in rebus sensibilibus in quibus semel ac repraesentantur sensibus cognoscimus eas, et proprietates intrinsecas et extrinsecas. Alio modo possunt repraesentari res <sup>5</sup> diversa similitudine, et evenit quando intellectus vi reflexiva, semper discursum ex praesentatione rerum materialium contemplat res spirituales removendo attributa et proprietates quas in materialibus cognoscit a rebus spiritualibus.

<sup>10</sup> **178. Sic** intellectus creatus efformat ideam Dei ut ab eo remo-

veat omne quod imperfectum creatus cognoscit, id est negando imperfectiones Divinae Essentiae. Etiam per positionem seu conjunctionem <sup>15</sup> omnium perfectionum quae in creaturis spectantur, id est per positionem. Quamvis enim idea Dei in se ipsa considerata sit summe perfecta, et infinita, quia intellectus humanus finitus et imperfectum est, atque etiam limitatus modo quo <sup>20</sup> est sic percipit res quae ipsi repraesentantur, unde etsi nulla detur connexio naturae inter Deum et creaturas datur tamen connexio repraesentationis, quae desumitur ex dependentia creaturem a creatore, finiti ab infinito.

<sup>25</sup> **179. Argues tertio:** intellectus efformat ideam claram et distinctam abstractionis et universalitatis, sed secundae intentiones istae nihil habent sensibilitatis. Ergo haec

[p. 100]

ideae sunt pure intellectuales. Probatur minor: utraque idea est actum purus intellectus; sed purus actus intellectus nihil habet sensibilitate: ergo tales ideae nihil habent sensibilitatis.

<sup>5</sup> **180. Respondeo** quod duplex datur intellectus actus: alius est cum fundamento in re, ut sunt actus abstractionis, qui oritur ex opere intellectus per quod separatur res existens in subjecto et fit a subjecto tactum et separatum; sic

<sup>10</sup> enim intellectus operatur per discursum dum in homine cognoscit, praedicata metaphysica superiora et inferiora hominis intelligensque animalitatem distinctam, a rationalitate, eam ad invicem separat et concipit conceptu perfecto,  
<sup>15</sup> et adaequato, distincto a conceptu quo concipiatur alia formalitas seu metaphysicum praedicatum ejus rei nempe hominis: ecce praecisio facta ab intellectu quae res ita praecisa dicitur abstracta.

<sup>20</sup> **181.** Etiam operetur intellectus absque fundamento in re ut evenit dum in divinis attributis concipit distinctionem quam thomistae vocant distinctionem rationis ratiocinantis, quae est absque fundamento in re,  
<sup>25</sup> nam in Deo ratio justitiae, v. g. est ratio misericordiae quatenus est una indivisibilis essentia; sic enim ideam quam habemus de Deo quamvis in se perfectissima sit, attento nostro modo concipiendi est imperfecta; unde homines  
<sup>30</sup> docti respectu rusticorum idea Dei habent certo

[p. 101]

modo magis adaerquatam et perfectam, solum per discursum et inferentiam ex perfecitonibus quas in creaturis observant desumptam.

QUAESTIO TERTIA.

<sup>5</sup> UTRUM DENTUR IN NOBIS IDEAE

INGENITAE SIVE INNATAE IN SEN-  
SU CARTESIANORUM?

**182.** Supposita divisione idearum, et philosophorum diversa opinandi modo circa originem idea-  
<sup>10</sup>rum ut videret est quaestione praecedenti, nunc investigare oportet denturne in nobis aliquas rerum notiones, quae ope sensuum non sint adquisitae et consequenter animabus nostris co- mmunicatae a primo vitae momento; tamen  
<sup>15</sup> quia dupliciter sumi idea, videlicet pro actuali rei notione in qua anima utitur seu exercet propriam cognoscendi facultatem; daturque cognitio in actu secundo. Potest etiam sumi idea pro facultate quam anima sortita est ad cognoscen-  
<sup>20</sup>da omnia objecta quae ipsi proportionantur.

**183.** Primo modo desumpta idea nihil aliud est quam ipsa mentis affectio circa objectum sibi proportionatum, tunc ratio dubitandi inter cartesianos utrum anima in cognoscendo operetur an vero  
<sup>25</sup> patiatur: Cartesio duce substantiel cartesiani quod mens humana in intelligendo patitur, hoc est, recipit rerum ideas et non efformat quare postquam triplex idearum genus distinguunt,

[p. 102]

nempe in adventicias, facticias, et innatas, has nempe innatas ita definit clarissimus Pul- chriosus: ideae innatae dicuntur illaeque no-

biscum sunt natae, sive quae nobis a primo  
⁵ vitæ momento usque extemum; quoties utendit  
animus semper praesto sunt quæsque sola pri-  
ma causa sine corporis, aut cujuscumque ali-  
us causæ secundæ subsidio omnibus commu-  
niter impertit.

¹⁰ **184.** Communiter hæc ideæ recte dicuntur  
lumen rationis, quo nempe Deus humanas men-  
tes communiter illuminat. Unde si pro idea  
innata sumit faculta cognoscendi obejcta  
quæ est ipsum lumen naturæ, clare videtur  
¹⁵ omnes ideæ sunt innatae. Hic notate quam quaestio  
non procedit de ideis innatis Platonicis nec  
Leibniciani quæ absolute falsæ sunt, sed tantum  
de ideis innatas cartesianorum; quo in sensu  
dicimus nullæ sunt in nobis ideæ innatae.

²⁰ **185.** Probatur conclusio: vel cartesiani sumunt ideas innatas  
pro actuali rei notione, vel pro potentia seu facul-  
tate animæ ad res cognoscendas; sed quomodocum-  
que sit, nullæ sunt in nobis ideæ innatae; ergo.  
Probatur minor per partes: ut actualis rei notio vere  
actualis dicatur debet expresse actus esse in  
mente; sed nullus potest affirmare a pri-  
²⁵ mordis vitæ quasdam habuisse rerum ideas;  
ergo nec aliqua actualis idea vel notio sit  
nobis innata. Major est evidens nam  
[...<sup>¹⁸</sup>] actualiter sonat actu et signata de-

<sup>¹⁸</sup> Varias letras borradas.

[p. 103]

bere esse in nobis ipsarum rerum notiones eas  
qua semper attedere debet mens humana, et  
ipsae notioens praesto esse debent quia nullum  
datur medium inter ipsam et animam.

**5 186.** Aliunde

non debent nec possunt excitari mediis phan-  
tasmatisbus quatenus nulla detur connexio phan-  
tasmata inter et res quae nobis ingenitae sunt  
in cartesianorum cogitatur, utpote ideae  
**10** rerum, quae nullatenus possunt attingit a sensi-  
bus, quare etsi nullus daretur phantasma  
res ipse nempe Deus, anima rationalis, bonitas,  
justitia et alia hujusmodi semper debant  
fieri praesto animae, et circa ea debere men-  
**15** tis cogitare. Hoc autem quam falsum sit, ipsi  
cartesiani fatentur quorum unanimis con-  
sensus est mentem excitari a phantasmatisbus  
ut veniat in cognitionem earundem rerum, licet  
ab anima rerum ideae minime efformentur;  
**20** igitur.

**187.** Caeterum, si phantasmata sufficiunt  
ad excitandas in anima has rerum innatas  
noticias, ut ipsis cartesianis placet, cur non  
sufficiat phantasma ad haec ut media motione  
**25** anima in se propria virtute ludat rerum  
spiritualium ideas? Evidem idea sive sit  
innata sive adquisita seu adventitia,

[p. 104]

ex parte animae nihil aliud est nisi mera absen-  
tia, seu immodificatio actus que ipsius animae.  
Si ergo anima modificatur circa res spiri-  
tuales quarum ideae, ut cogitant cartesia-  
<sup>5</sup>ni, sunt innatae; cur etiam non potest anima  
modificari circa res spirituales, et sola phan-  
tasmatis motione per discursum quamvis nu-  
lla sit harum rerum innata cognitio?

**188.** Denique

<sup>10</sup> idea innata juxta cartesianos est, quae in  
nobis et a primo vitae momento usque extre-  
num, si haec sit actualis cognitio qui nam-  
que non videt nos semper et pro semper  
non habere unam et eandem cognitionem;  
<sup>15</sup> sed modo ista postea vero illam, debeat ergo  
dari in nobis quaedam permanens et invari-  
ata cognitio actus continuatus et indeficiens  
usque ad vitae terminos; ergo innata pro  
actuali rei notione sumi non potest.

<sup>20</sup> **189.** Probatur minor

primi syllogismi, quoad secundam partem: ideam in-  
natam sumere pro facultate formandi ideam seu  
pro potentia cognoscitiva, etiam est contra carte-  
sianos; ipse namque Cartesio duce tenent  
<sup>25</sup> dari ideas adventitias et factitias ex quibus  
sic arguo: facultas cognoscendi sive sit ut  
cognoscendas substantias spirituales sive sit

[p. 105]

ad cognoscendam substantiam materialem,  
est una et eadem facultas, ergo si sumi-  
tur pro idea innata vel omnes rerum no-  
tiones sunt innatae vel nulla; si primum,  
<sup>5</sup> contra Cartesianos qui fatentur ide-  
as rerum materialium non esse innatas,  
et insuper tunc non dantur ideae adven-  
titiae seu factitiae.

**190.** Si secundum, nullae dantur  
<sup>10</sup> ideae innatae quia potentia cognoscitiva  
seu facultas qua anima potest cognosce-  
re objecta materialia, est ipsum lumen na-  
turae, quod quidem extendi potest ad cog-  
noscenda objecta spiritualia. Si enim  
<sup>15</sup> idea innata Dei nihil aliud est quam facul-  
tas cogitandi de Deo, etiam idea ligni erit  
facultas cogitandi de ligno, quae nulla-  
tenus differt seu distinguitur in suo  
esse ratione objectorum circa qua ver-  
<sup>20</sup>satur; ergo si idea innata sumatur  
pro facultate cogitandi, seu cognoscendi  
omnes rerum notiones sunt nobis inge-  
nitas, et nullae dantur ideae adventi-  
tiae nec factitiae.

<sup>25</sup> **Argumenta solvuntur**

**191. Argues primo:** intellectus non potest effor-  
mare ideam alicujus rei; sed in nobis

differentia teste plurima excitantur.

[p. 106]

Ergo istae sunt nobis innatae. Probatur major:  
vel intellectus antea cognoscebat rem cuius ideam  
efformat vel non cognoscebat; sed si primum  
non poterat intellectus efformare ideam rei,  
<sup>5</sup> quia res ipsa cognita erat. Si secundum  
etiam non poterat efformare ideam rei non  
cognitae: ergo nullo modo intellectus potest  
ideam rei efformare. Probatur minor quad secun-  
dam partem: pictor depingere non potest  
<sup>10</sup> imaginem objecti antea minime cogniti,  
ergo etiam intellectus non potest effor-  
mare ideam reu incognitae.

**192. Respondeo** argumentum

multum probare et per consequens nihil: si  
<sup>15</sup> intellectus non posset efformare ideam rei  
non cognitae minime etiam posset ex judi-  
cio explicite posito aliud inferre, unde  
tot debeat esse judicia nobis ingenitae quot  
sunt discursis, quos ex judiciis ut latis sive  
<sup>20</sup> explicite positis efformamus medio ratio-  
cinio. Per discursum enim et inferentiam  
ex rebus praesentibus efformamus ideam  
licet inadaequatam et incompletam rerum  
absentium; admodum quo dum nobis di-  
<sup>35</sup>cunt Romam populum et civitatem  
esse, quam nos unquam vidimus, ideam

efformamus opulentissimae civitatis  
per additionem aliquarum perfectio-

[p. 107]

num et varietatis rerum.

**193.** Tamen hanc  
ideam civitatis antea incognitae efforma-  
mus media cognitione istum quam inco-  
<sup>5</sup>limus, unde necessarium non est habere cog-  
nitionem prius rei cuius ideaem efforma-  
mus, alias non esset idea simplex rei per-  
ceptio absque ulla affirmatione vel negatio-  
ne. Paritas ergo pictore non tenet,  
<sup>10</sup> nam picto propriam et veram effigiem de-  
bet depingere cum omnibus proprie-  
tibus et coloribus; nos vere dum ef-  
formamus ideam rei quae antea visa  
non fuit nec audita, multoties con-  
<sup>15</sup>tingit res aliter in se esse quam nobis  
repraesentari; hoc autem non obstat  
ut idea non sit illius rei.

**194. Argues secun-**

**do:** ideae illae sunt nobis ingenitae, quae a sensi-  
<sup>20</sup>bus non attinguntur, sed plurima dantur in  
nobis ideae rerum quae a sensibus non attingun-  
tur: ergo plurima dantur in nobis innatae  
ideae. Probatur major: ideae rerum quae a sensibus  
non attinguntur non sunt adquisitae, sed ide-

<sup>25</sup>ae quae non sunt adquisitae sunt nobis innatae; ergo ideae illa sunt nobis innatae quod

[p. 108]

a sensibus non attinguntur. Probatur minor  
principalis: idea Dei et Angelorum non  
attingitur a sensibus quia Deus est ens su-  
mme infinitum, et Angelorum substantia  
<sup>5</sup> est insensibilis. Ergo dantur in nobis  
ideae rerum quae non attinguntur a sensi-  
bus.

**195. Respondeo.** Distinguo major: ideae illae sunt  
nobis ingenitae, quae nec mediate nec imme-  
<sup>10</sup>diate a sensibus attinguntur, concedo ma-  
jorem; ideae illae sunt nobis ingenitae quae  
tantum mediate attinguntur a sensibus,  
nego majorem. Pariter etiam distincta majori  
probationi dices: idea Dei est idea enti su-  
<sup>15</sup>mme perfecti in se, concedo majorem; respec-  
tu nostri nego majorem. Sic etiam de idea An-  
gelorum substantia est insensibilis imme-  
diate, concedo; est insensibilis mediate, ne-  
go.

<sup>20</sup> **196.** Unde ad argumentum respondeo  
quod qualibet res nobis dum repraesentatur  
sensibilis redditur vel ex immediata motione ac  
ipsa in organis causata, vel ex motione alteri-  
us rei cui assimilatur vel opponitur vel denique

<sup>25</sup> aliquarum dependentiam ab ea discit: ex quo  
dum objectum est absens utique contingit saepi-  
us per destructionem vel per recessum ab orga-  
nis sensoriis, ut praesens fiat intellectus re-  
quiritur aliquid quod objecti vice ferat  
<sup>30</sup> vel supleat ab excitandam potentiam intellec-

[p. 109]

tivam insufficientem ad producendam ex se so-  
la vitalem imaginationem objecti.

**197.** Dic dum  
lucem percipimus ex immediata sui repraesen-  
<sup>5</sup>tatione in organis externis causata et pro-  
pagata media motione spirituum animalium  
usque ad cerebrum in phantasia, ejus imago cau-  
salis circa quam posita atentione intellectus  
qui utpote vitalis forma hominis semper  
<sup>10</sup> cuilibet motioni praesto est ipsa affectio intellec-  
tus seu attentio, dicitur imago formalis rei re-  
praesentatae; dicitur adjuvans illa repraesen-  
tatio materialis rei quatenus ad actualem  
cognitionem ea indiget intellectus.

<sup>15</sup> **198.** Caeterum, non  
ita determinatur mens humana a phantasma-  
tibus ad cognoscendas res, ut nonnisi sensibilia  
et materialiter cognoscat sua propria<sup>19</sup> vir-

<sup>19</sup> Original añade *pole*, no hace sentido.

tute discursiva, qua libere utitut, ad compa-  
30randas res cum earum parentia, et per intellectionem ef-  
format ideam uniuscujusque rei per sensum vero in-  
timum ex comparatione rerum novas ideas pro-  
ducit circa rerum parentiam; sic ex cognitione  
lucis considerat ejus defectum, et cognoscit parentia-  
25tiam lucis quae in se considerata nihil aliud  
est quam defectum lucis; unde mens huma-  
na potest etiam efformare ideam defectus et  
consequenter nihili.

**199. Argues tertio:** si anima

[p. 110]

potest efformare ideas tunc rerum sensibi-  
lium tunc rerum spiritualium hujusmodi  
virtus productiva idearum esset potentia cre-  
ativa; sed haec animae repugnat, ergo et re-  
5pugnat virtus producendi ideas. Probatur major:  
in productione idearum debet anima eas pro-  
ducere ex nihilo sui et subjecti; sed hujus  
modus modii producendi est creatio. Ergo, si  
anima potest ideas producere, datur in anima  
10virtus creativa. Urgetur ratio: nam ideae nec sunt  
aliquid animae, nec aliquid alicujus subjecti ex-  
terni, et aliunde sunt in se entia perfectiora  
rebus sensibilibus et materialibus, nam sunt  
entia spiritualia, igitur vel animae convenit po-  
15tentia creativa quiae soli Deo tribuitur, vel non  
potest producere ideas.

**200. Respondeo.** Quaelibet idea vel consideratur pro materiali quatenus nobis  
repraesentatur extrinsecus sensibus externis et  
<sup>20</sup> phantasiae, vel consideratur pro formali quatenus anima versatur per attentionem circa eandem rem; primo modo considerata non potest dici ab anima produci, quia in se nihil aliud est quam ipsa materia objecti sic vel aliter modificata et  
<sup>25</sup> apta ad sensus externos efficiendos, cuius existentia et esse completum est ita independens ab anima ut si et ipsa non esset objectum quatenus ex se et semper foret, et suis qualitatibus

[p. 111]

ornatus et propria et intrinseca essentia constitutum.

**202.** Si vero pro formali consideretur idea nihil aliud est quam pura mentis attentio, seu modifi-<sup>5</sup>catio; nam cum anima rationalis sit forma hominis dirigens omnes vitales actiones quae efficiuntur in homine debet ratione activitatis attendere ad omnes motiones sive intrinsecas sive extrinsecas, quae causantur <sup>10</sup> in humana oeconomia, si compage partium corporis. Ex quo enim res illae quas de novo percipit media motione organorum multorum non sunt consimiles objectis a quibus excitatur.

<sup>15</sup> **202.** Expertus est enim quod dum  
conspicimus virgam demersam in quo nobis  
viditur fracta cum revera sit integra, quia  
appulsus radiorum lucis venientium a super-  
ficie aquae in oculis retinam nobis repreesen-  
<sup>20</sup>tant partes virgas separatas, ex qua motione  
anima efformat ideam virgae frasctae et per-  
cipit objectum aliter ac est in se in essendo: hoc  
eventu facile ostenditur mentem determi-  
nari a phantasmatibus in suis perceptioni-  
<sup>25</sup>bus eliciendis.

**203.** Vero potentia productiva  
idearum nullatenus vocari potest virtus crea-  
tiva, nec participatio divinae essentia a Philo-

[p. 112]

sophis, qui certe noscunt per creationem dari  
rebus esse reale quod antea non habebant  
cum nihil esset sui et subjecti; quod quidem  
esse distinctum absdubio est ab esse poten-  
<sup>5</sup>tiae producendis. Anima ergo sive mens  
humana nihil operatur ad extra sui in  
ipso actu cognitionis, cum ipsa modifica-  
tio animae nihil aliud importet praeter atten-  
tionem ipsius ad objecta quae continuo ipsi  
<sup>10</sup> repreäsentanti, et modo proportionato suae  
potentiae ab ipsa percipiuntur.

**204.** Enim vero

nescio quomodo vir aliunde clarius, Ma-  
lebranchius, cuius est argumentum, talia  
15 asserere non vereatur; ipse enim firmiter  
tenet volitiones et appetitiones animae  
non esse divinae essentiae participationis,  
nec animam se habere tanquam potenti-  
am creativam dum has easdem elici opera-  
20 tiones: non aliunde se habet anima dum  
cogitat, et cognoscit ac dum vult, et ap-  
petit, si ergo propriam exercet facultatem  
anima dum vult et appetit; cur etiam ea  
non utitur dum cognoscit et cogitat? Anima  
25 ergo in actu cognitionis objectorum novum  
non producit objectum, sed ea quae ipsae reprae-  
sentantur percipit, alias etiam oculi varia

[p. 113]

et varia objecta colorata producerent secun-  
dum diversitatem objectorum quae ipsis visi-  
bilia redunduntur.

**205. Argues quarto:** ergo sal-  
5 tem axiomata sunt ingenita nobis. Probatur  
consequentia: eodem modo eademque fa-  
cilitate percipiuntur a rustici et litte-  
ratis; sed non esset ita nisi ingenita nobis  
forent. Ergo sunto. Probatur major: haec quae  
10 cognoscit rusticus totum majus esse sua  
parte, impossibile esse idem simul esse et  
non esse; ergo stat major.

**206. Respondeo**

clarum dari distinctionem actualem cognitio-  
15nem inter et potentiam cognoscitivam: intellectus  
enim majori occupatur circa objectum ide-  
as assequatur earum convenientiam et discon-  
venientiam, similitudinem, dissimilitudinem,  
ad convenientiam et repugnantiam invenien-  
20dam communiter attendit intellectus ad identi-  
tatem et distinctionem, sic intellectus primo in-  
tuitu percipit quidquid est, et stante  
existentia objecti considerat impossibilem ejus  
non existentia simul cum existentia ex quo  
25infert: impossibile esse idem simul esse et non  
esse.

**207. Hoc non obstante suam patitur difficul-  
tatem intellectum in percipienda aliqua objecta**

[p. 114]

quae difficultas, ut inquit Patre Suarius *Meta-  
physicae* Disputatione nona, sectione tertia, ori-  
tur tunc ex parte objecti quod in se minimam  
continet existentiam seu materialitatem  
5ratione cuius a sensibus aufugit et ab intellec-  
tione; aliter fundatur ex parte intellectu  
nemque quando res sunt spirituales, et ab imper-  
fectione intellectus operantis dependenter a  
sensibus facile assequi non valent quia sta-  
10tim hac intellectum vult eas considerare occu-  
rrunt species materiales seu phantasmata

ex quo in statu unionis animae cum corpore  
nequeunt res spirituales percipi complete  
ut sint in suo esse, quamvis mens sit ejus-  
<sup>15</sup>dem ordinsi in ratione spiritu.

**208.** Quanvis omnis nostra cognitio hoc in statu a sensibus pendeat, intellectus noster non ita a sensibus determinatur ut nonnisi sensibilia et materialia cognoscat; conscientia teste intellectus est vi cogitandi de immaterialibus,  
<sup>20</sup> de bonitate Dei, de justitia, et de alius hujusmodi quatenus intellectus cogitationes seu cognitiones sensu adquisitas potest depurare reflexionis et schemate materiali exire. Sic enim idea Dei licet rebus materialibus ducat, potest ab intellectu

[p. 115]

Deus concipi ut omnis materialitate expresse removendo per reflexionem ea omnia quae corporeum quidquam sibiunt.

**209.** Prima enim  
<sup>5</sup> axiomata et prima principia facile cognoscemus utpote nimis clara et primo intuitu assequibilia admodum quo qui sanus est visu nullam patitur difficultatem in videndis objectis nimis coloratis aliisque qualitatibus sensibilibus ornatis. Aliud est habere actualem

cognitionem primum principium et aliud facilitatem habere ad ea cognoscenda; primum in nobis non datur quia alias pueri, qui usu rationis carent, etiam cognoscerent axioma-  
<sup>15</sup>ta prima primaque principia.

**210. Argues** denique: plurima

Sacrae Scripturae et SSPP testimonia probant dari ideas innatas; ergo dantur. Probatur antecedens: Psalmo 4° sic legitur: *signatum*  
<sup>20</sup> *est super nos lumen vultus tui, Domine;* Geneseos 2: *creatus fuit homo ad imaginem et similitudinem Dei.* Apostulus ad Romanos: *quod notum Dei est manifestum est hominibus Deus ipse illis manifestavit.* Iterum Apostulus Secunda ad Romanos versu  
<sup>25</sup> 11: *qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium illis conscientia redente ipsorum.* Ex Patribus sufficiat pro omnibus Divus Augustinus *Libro de quantitate ani-*

[p.116]

*mae: videtur mihi animam omnes artes secun attulisse ut nostrum sciret nihil aliud sit quam reminisse.* Ergo PP. et Sacra Scriptura suadent dari ideas innatas.

**5 211. Respondeo.** Nec PP. nec

Scriptura videtur nunquam intendisse probare innatarum idearum existentiam quare et Sacrae Paginae et [SSPP] videtur inte-

remi et quasi destrui a Cartesianis affe-  
<sup>10</sup>rentibus textus et verba Patrum quae potius  
congerunt quam probant dari ideas innatas.  
PP. innuere solum videntur eam esse men-  
tis humanae claritatem et perspicaciam, ut  
possit recta usu hujus in notitiam Sei pene-  
<sup>15</sup>trare ex creaturis nobilissimis. Nam Divus  
Augustinus in psalmus 26 ita  
ait: *circumeat animus tuus per universam  
creaturam unde tibi clamavit creatura De-  
us me fecit.*

<sup>20</sup> **212.** Si inanimata in Augustini  
sensu possunt dicere nobis: Deus me fecit,  
quin loquantur, sed solum ex varietate  
et existentia; quid mirum non posse ex  
compage rerum omnium assurgere ad c  
<sup>25</sup>ognitionem creaturis? Mirus modus su-  
am bonitatem et sapientiam ostendit Deus  
dum dedit hominibus facultatem efficacem  
ad omnia investiganda, quae humano ge-  
neri commendat et proficua forent. Trime-

[p. 117]

gistus *Libro de Potentia Dei* ita loquitur:  
“cum per Deum lumen clarescunt per omnia  
rursum atque in omnibus fulget”.

**213.** Is ipsum  
<sup>5</sup> confirmat apostolus ad Romanus cap.

8° dicens: *invisibilia Dei et creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspicuntur sempiterna quoque ejus virtus et Divinitas.* Sapientia 13°: *a magnitudine speciei et creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri,* psalmus 18° etiam legitur: *caeli ennarrant gloriam Dei;* Job cap. 12: *interroga jumenta et docebunt te,* *et volatilis caeli indicabunt tibi; loquere* 15 *terrae et respondebit tibi, et narrabunt piscis maris.* Haec omnia si in sensu litterali forent intelligenda plurima sequerentur absurdia, et bruta superiora nobis essent ut nos docerent, et terrae caelo quaeretur nobis 20 *piscis qua maris loquutionis capaces forent.*

**214.** PP. enim haec omnia intelligunt de lumine naturae, sed de ratione naturali quam dedit nobis Deus tanquam medium quo 25 possimus Deum cognoscere ejusque voluntatem ex admiranda universi structura, animalium diversitate, plantarum arborumque ordine et dispositione; unde cum psalmista in aliorum pericopa interrogasset qui 30 ostendit nobis bona statim subdit et

[p. 118]

respondit: *signatus est super nos lumen vulnus tui, Domine;* quasi diceret dedisti nobis

lumen, quo te omnia creata cognosce-  
remus si velimus; etiam hoc in sensu  
⁵ loquutus fuit idem Sanctus Doctor dum  
inquit sibi videri animam secum omnes  
scientias secum attulisse nisi quotidiae-  
nae experientiae adversentur Carte-  
siani: nam summo labore et studio adqui-  
¹⁰ ritur aliqualis scientiarum, et facultatum  
notitia attenta limitatione nostrae mentis  
diversoque hominum cogitandi modo.

**215. Similiter**

lex illa quam in cordibus nostram scriptam  
¹⁵ circumferimus minime favet ideis  
innatis; aliud enim est naturam cognoscere  
ea quae ipsi proficua et recta sunt attenta  
ordinatione, et mira sapientia qua ordina-  
ta et disposita fuit ab artificio supremo, et  
²⁰ aliud est nos habere impressam ideam Dei,  
nam si Deus reliquisset in cordibus nostris  
impressam legem aeternam et Deitatem ideam  
non tam facile posse corrumpi. Dicendum  
ergo est notitiam Dei haustam non esse  
²⁵ ex idea Dei sed ratiocinando collectam et ex  
gentium omnium consensu ex praeclaro  
mundi ordinem, et existentia rerum feli-  
citer usurpatam ab antiquis phuiloso-  
phis et a SS.PP.

[p. 119]

QUAESTIO 4<sup>a</sup>.

UTRUM INTELLECTUS POSSIT HABERE

IDEARUM NIHIL ALIA-

RUM RERUM

<sup>5</sup> NEGATIVARUM

ET QUOMODO?

**216.** Si ad ea quae quotidie in nobis contingunt attendere velimus oportet diversam originem idearum animadvertere tunc intellectus, tunc <sup>10</sup> imaginationis, sic compertum erit intellectum posse ideam nihili et aliarum rerum negativarum habere quippe aliud repraesentare res positiva et aliud res negativa; res positiva rem simili- ter positivam vel ipse est repraesentat mediate <sup>15</sup> vel immediate sensum externum afficientem mediis qualitatibus quibus ornatum sistit; quae qualitas unicuique sensus correspon- det, hoc esto: si colorata sit correspondet visus, si sonora auditu, si odorata olfato, et sic de <sup>20</sup> reliquis.

**217.** Diversa tamen est Philosophorum mens circa ideas negativas, seu circa ideas rerum negativarum, non paucis Wolffio asserunt intellectum non posse rerum negati- <sup>25</sup> varum et nihili habere ideam quatenus res negativae nihil sunt nihilque intellectui repraesentari possunt.

[p. 120]

**218.** Alii vero cum Theodoro Almeida Tomo 1°

Excrutatione 38° s. 2°, tenent

intellectum posse habere ideam rerum negativarum,  
et consequenter nihili; nam aliud est nihil<sup>20</sup>

<sup>5</sup> dicere et aliud dicere nihil: qui nihil dicet, silet, qui vero dicit nihil loquitur; pariter etiam ex illo qui tacet nulla affectio sentitur in organis extensis nempe auditus; vero ex illo autem qui dicit nihil ex hac voce parentiam omnium rerum significante statim afficitur sensus auditus, animamque percipit defectum omnium rerum.

**219.** Animadvertere etiam oportet

quod antea diximus, nempe res dupli mo-

<sup>15</sup>do posse repraesentari, videlicet ratione sui et

ratione alterius; res negativae, ratione sui, non

valent repraesentari sensibus nec affectionem

causare, quia cum in se nihil positivum

afferant ratione cuius immutent sensus

<sup>20</sup> externos, indigent rebus positivis ad sui

repraesentationem; sic enim qui assuetus

est aulam ingredi in qua quotidie respicit

omnes auditores suis in locis locatos,

dum aliquis eorum deest statim

<sup>25</sup> animadvertisit illius defectum, qui qui-

<sup>20</sup> El original pone siempre *nil*, quizás podría interpretarse como el deseo de marcar la diferencia entre “decir (nombrar) nada” (objeto nombrado) y “nada decir” (o sea: no decir). Pero en la duda prefiero unificar con la grafía latina correcta.

dem defectus nihil aliud est in se nisi  
carentia individui, ex quo intellectus respi-  
cit defectum suam efficit modificationem erga de-  
fectum. His notatis

[p. 121]

**220. Sit prima conclusio.**

Intellectus potest efformare ideam rerum negativa-  
rum et consequenter nihili. Probatur conclusio: plu-  
rimi Auctores disputationant, et nos in praesenti, de ide-  
<sup>5</sup>is rerum negativarum; sed non possumus dispu-  
tare quin habeamus rerum negativarum;  
ergo intellectus potest efformare ideam rerum  
negativarum et consequenter nihili. Probatur mi-  
nor: ad egrediendam disputationem circa  
<sup>10</sup> res negativas, et nihili, debemus prius ju-  
dicare; sed judicare non possumus quin ha-  
beamus ideam rei judicandae vel judicatae;  
ergo non possumus disputare de rebus ne-  
gativis quin habeamus ideam earum. Probatur minor:  
<sup>15</sup> principium est omnium Philosophorum, ex  
id iis formari judicia; ergo judicare non  
possumus de rebus negativis quin earun-  
dem ideam habeamus.

**221. Probatur aliter conclusio:**

<sup>20</sup> nos cognoscimus, immo et distinguimus dum  
quis aliquid dicit, et dum nihil dicit; simi-  
liter cognoscimus existentiam lucis, et ejus

carentiam; sed nihil dicere<sup>21</sup> et  
carentia lucis nihil aliud sunt nisi res ne-  
<sup>25</sup>gativae; ergo veram rerum ideam negativa-  
rum efformat intellectus. Probatur minor: oppositum rei

[p. 122]

positiva nihil aliud est nisi res negativa, sed  
nihil et carentia lucis nihil aliud sunt quam  
opposita rebus positivis; ergo sunt res ne-  
gativae: igitur intellectus potest efformare  
<sup>5</sup> ideam rei negativae et nihili.

### Argumenta solvuntur

**222. Argues primo:** idea quae repreaesentat  
nihil, nihil repreaesentat, sed idea quae nihil  
repreaesentat non est idea; ergo intellec-  
<sup>10</sup>tus non potest efformare ideam nihil. Probatur  
major: idem est repreaesentare nihil ac  
nihil repreaesentare; sed eo ipso idea quae  
repreaesentat nihil, nihil repreaesentat; ergo  
stat major. Probatur major: idea rei positivae  
<sup>15</sup> rem positivam repreaesentat; ergo idea  
nihili, nihil repreaesentat.

**223. Respondeo** argumentum  
in aequivoco laborare equidem aliud est significare  
nihili et aliud nihil significare admodum quo

<sup>21</sup> Original repite *sed nihil dicere*.

<sup>20</sup> dum quis scribit nihil veras et integras literas efformat, at dum nihil scribet nec iota, nec unus apex scribit, nec litteras efformat. Hoc animadvertere debebat Wolffius cuius est argumentum, siquidem arguens de nihilo vero et rea-  
<sup>25</sup> liter arguit, alias nulla esset ratio dubitan- di si nihil absolute nihil importaret. Defec- tus enim omnium rerum qui exprimitur per ly “nihil” aliquid importat et si non positivum saltem negativum, id est, importat carentiam om-

[p. 123]

nium rerum, quae facile ab intellectu percipitur per comparationem ex rebus actualiter existen- tibus deductam, ex quo etsi idem sit nihili et ve- re et proprie idea sive mentis affectio.

**<sup>5</sup> 224. Argues secun-**

**do et replicabis:** idea est sicut est objectum; sed objectum est quid negativum, ergo etiam idea est negativa. Nunc sic; sed idea negativa est non idea: ergo intellectus non potest habere ideam <sup>10</sup> rerum negativarum. Probatur major: dum intellectui repraesentatur res negativa, mentis idea negativa erit; equidem objectum est causa immediata mentis perceptionis, ab objecto e- nim determinatur intellectus ad hanc vel illam <sup>15</sup> ideam efformandam.

**225. Respondeo.** Objectum cuiuslibet

ideas dupliciter posse considerari, videlicet  
in essendo et in repraesentando; idea debet  
esse sicut est objectum in essendo, nego majo-  
<sup>20</sup>rem; idea debet esse sicut est objectum in repraesen-  
tando, concedo majorem. Intellectus enim  
potentia spiritualis immediate non afficitur  
a rebus ut sunt in se, alias intellectualis idea  
ex repraesentatione objecti materialis esset eti-  
<sup>25</sup>am respectu intellectus materialis sicut est  
obtura intellectus ex diversis modis sensibus, im-  
plicat enim potentiam pure intellectualem eli-  
cere actum materialem sicut enim repug-  
nam materiae cognitionem habere proprie-  
<sup>30</sup>talem ita etiam repugnat potentia spiri-

[p. 124]

tuali aliqui in se habere actionem materiale.

**226.** Non enim caret intellectus objecto ad effor-  
mandam propriam ideam nihili; res sensibiles et  
materiales ope sensuum repraesentantur intellec-  
<sup>5</sup>tui, easque cognoscit, comparatque cum aliis qui-  
bus opponuntur, ut assimilantur in natu-  
ra debent esse materiales et sensibiles; si  
vero similitudo est in repraesentando su-  
fficit quod simili modo in imaginatione  
<sup>10</sup> repraesentantur. Dum denique excludun-  
tur sufficit quod mens cognoscat se an-  
tequam rem positivam et materiale cogno-  
visset, nihil in se habere illius rei, quae pos-

tea per organorum motus ab intellectu  
<sup>15</sup> percipitur.

**227. Sit secunda conclusio.**

Mens humana ope sensuum cudit  
ideam nihili. Probatur conclusio: nos habem-  
us ideam nihili et aliarum rerum negativarum,  
<sup>20</sup> sed non aliunde nisi a sensibus; ergo  
mens humana ope sensuum cudit ideam  
nihili. Probatur minor: vel idea nihili est ope sen-  
suum vel est nobis innata; sed nullatenus dan-  
tur nobis ideae innatae; ergo idea nihi-  
<sup>25</sup>li est ope sensuum. Probatur major: est evidens quia  
nullum datur medium circa idearum ori-  
ginem; minor etiam praeterquam quaes-  
tione praecedenti innata manet adhuc am-

[p. 125]

plius clarescat his rationibus: nulla res  
sensibilis animae repraesentaretur, un-  
lla esset in nobis actualis rei notio. De-  
inde pro majori vel minori sensuum nos-  
<sup>5</sup>trorum usu augetur et minuitur ide-  
arum numerus expeditio, facilitas et  
perfectio in eliciendis cognitionibus  
certis et evidentibus.

**228. Nec valet quid**

<sup>10</sup> nihil et aliae res negativae non habent  
in se aliquid materiae fortiter ut pos-

sint per se immutare sensoria et mentem determinare ad sui perceptionem, quia praeterquam angeli, Deus et alia objecta <sup>15</sup> spiritualia nihil habeant materia, et nihilominus horum entium ideas cudit anima ex sensibilium rerum nominibus; nihili et aliae rei negativae aliud in se seu ratione naturae important, et <sup>20</sup> aliud comparative ad alias res positivas.

**229.** Ratione sui seu ex matura importat parentiam seu defectum omnium rerum positivarum qui quidem defectus <sup>25</sup> in se nihil habet materiae, et impotens est ad immutanda sensoria externa, quia nulla afficitur qualitate, tamen intellec-

[p. 126]

tus qui excitatur ad cognitionem nihili per praesentiam rerum existentiam comparat istas nempe existentes cum earum parentia quae quamvis non detur in- <sup>5</sup>tellectus illative per discursum nihili et parentiam rerum percipit quatenus nihil reducuntur res quae aniquilantur; hinc est quod nihil in repraesentando prius importat rerum existenti- <sup>10</sup>am ut fundamentum ex quo intellectus per discursum proprium nihil ef-

format ideam; ergo etiam nihili ideam  
cudit intellectus ope sensuum.

### **Argumenta solvundur**

<sup>15</sup> **230. Argues primo** contra secundam conclusionem: nihil est aliae res negativae non possunt immutare sensuum; sed si non valent sensusum immutare intellectus non potest idearum ideas habere modiis sensibus. Ergo ideam nihili et aliarum rerum negativarum non habet intellectus ope sensuum. Probatur major: quod materiale est sensum potest immutare; sed res negativae non sunt materiales; ergo non possunt <sup>25</sup> immutare sensum. Probatur minor: quidquid materiale est debet cadere intra sphaera sensuum. Ergo

[p. 127]

res negativae non sunt materiales.

**230. Respondeo.** Rem sicut dupliciter possunt repraesentari sensibus, ita dupliciter possunt sensum immutare, et etiam reddi <sup>5</sup> materiales et sensibiles. Nihil, et aliae res negativae dum repraesentantur, et aliud sunt in se, et aliud negant seu negando important explicite parentiam omnium rerum per se ferunt, aliunde non essent

<sup>10</sup> res negativae, implicite autem important  
res positivas quarum existentia per  
sensum immediate et ratione sui reprea-  
sentatur. Humanus ergo intellectus  
cum respiciat rerum creatarum depen-  
<sup>15</sup>dentiam ex contingentia et transe-  
unti existentia, discurrit res antea  
fuisse quales post destructionem sunt;  
ita enim immediata perceptio in-  
tellectus est circa res positivas, ma-  
<sup>20</sup>teriales et sensibiles, mediata vero  
circa res negativas.

**232.** Ex quo res ne-  
gativa non repreaesentatur sensibus im-  
mediate et ratione sui, concedo; non  
<sup>25</sup> repreaesentatur mediate et ratione re-  
rum positivarum, nego. Pariti modo  
dicuntur res negativae materiales et

[p. 128]

sensibiles, quia quamvis in se consideratis  
nihil habeant materiae cuius ratione immu-  
tant sensoria quia intellectus tantum corre-  
lative eas percipit nimirum quatenus  
<sup>5</sup> habita cognitione rerum positivarum refle-  
xum actum elicit notans earum dependen-  
tiam et parentiam; res ergo prout positivae  
sunt excitant intelelctum ad agnitionem  
parentiae, et ita repreaesentatur mediante

<sup>10</sup> positiva existentia rerum.

**233. Argues secun-**

**do** contra eandem: si res negativae repraesentarentur mediis sensibus vel essent coloratae, vel essent sapida, etc.; sed hoc fal-  
<sup>15</sup>sum est, ergo non repraesentantur me-  
diis sensibus. Probatur major: sensibilia tantum  
repraesentatur mediis sensibus; sed sen-  
sibilia vel sunt colorata vel sapida;  
ergo si res negativae repraesentarentur  
<sup>20</sup> medii sensibus essent coloratas vel sa-  
pidae.

**234. Respondeo.** Certum est in primis et poten-  
tia et objecto oriri in nobis omnis notitia  
quia in nobis nulla rei notio producitur  
<sup>25</sup>nisi intellectus determinetur; determi-  
natio autem mentis vel est a se vel ab aliquo  
objecto, quod intellectus repraesentatur mediis  
sensibus; intellectus autem utpote indif-  
ferens ad haec pro illo objectum cognoscen-  
<sup>30</sup>dum non potest determinare a se ipso quin  
prius habeat aliquam notitiam illius, nam

[p. 129]

quamvis intellectus ex se sive anima cupi-  
at omnia cognoscere quia potentia cognos-  
civa ex natura sua et prope motum  
inclinata ad cognoscenda objecta, tunc

<sup>5</sup> spiritualia, tunc materialia, et per  
hoc rerum omnium creatorem et auctorem  
sui, ut cognoscat aliquod objectum deter-  
minatum indiget determinatione, quae  
oritur ex ipsis objecti repreaesentatio-  
<sup>10</sup>ne.

**235.** Sed cum gaudeat potentia seu facultate dis-  
cursiva, qua penetrat usque ad rerum essen-  
tias, quae etsi praesentes ex se non fiant, ta-  
men cognoscent intellectus res non exis-  
<sup>15</sup>tere sine praedictis essentialibus, quae res cons-  
tituunt in suo esse et ab aliis distinguent  
praedicta consideratae et cognoscit mediis  
rebus ex praedicatis consurgentibus. Pa-  
riter etiam cognita rerum existentia, quae  
<sup>20</sup> de novo producuntur intellectus cognos-  
cit defectum rerum productarum, qui defec-  
tus ex se non edst capax repraesentationis,  
unde potest dicidedefectum seu parentiam  
rerum habere omnes affectiones, quas  
<sup>25</sup> habent res quarum defectus est, et sic defec-  
tus est coloratus, sonorus negative et  
non positive.

[p. 130]

QUAESTIO 5<sup>a</sup>.  
QUID SIT CENSIENDUM DE  
IDEA ARCHETYP*A*  
MALEBRANCHII?

<sup>5</sup> **236.** Nicolaus Malebranchius parisinus, secunda parte operis *de inquisitione veritati*, Libro 3°, cap.7°, quatuor asserit dari modos quibus nos cognoscimus omnia, quae cognoscibilia redduntur; nempe unus, quo res in se ipsa videtur, et hic <sup>10</sup> modo solus Deus a nobis cognoscitur; alter quo res non in se ipsa percipitur, sed per ideam claram et hoc modo ens et attributa, modique entis nobis repraesentantur; aliter per sensum intimum seu per conscientiam, et ita anima fit conscientia sua-  
<sup>15</sup> rum operationum. Denique alter per conjecturam et hujusmodi est cognitio quam habemus mentium aliorum hominum. Unde si his modis addas modum cognoscendi per revelationem divinam, seu per fidem ut cognoscimus misteria nostrae fidei, quinque sunt modi cog-  
<sup>20</sup> noscendi in statu alligationis animae cum corpore.

**237.** His modis cognoscendi traditis quid sentiat auctor de singulis oportet scire; pri-  
<sup>25</sup> mo enim modo inquit praedictus auctor cognoscimus Deum, id est ipsam Dei essentiam, non idea aliena nec in quadam imagine

[p. 131]

hausta ex rebus creatis, sed cognoscimus ipsam essentiam Dei in ipso Deo quatenus menti nostrae praesens est, eamque illuminant et non potest alia species nec imago

<sup>5</sup> Deum nobis repreaesentare. Huic discurrendi modo facet Divus Augustinus *oc-toginta trium quaestionum*, quaestione 54 per hoc verba:  
“Deo enim junctum est quod intelligit Deum,  
<sup>10</sup> nam intelligit quod semper hujusmodi est nec ullam patitur mutationem”. Et inferius:  
“haec autem est ipsa veritas cui intelligendo quoniam anima rationalis jungitur; et hoc bonum est animae, mihi autem adhaerere  
<sup>15</sup> Deo bonum est”.

**238.** Non solum modo cognoscimus Deum sed inipsa essentia divina nobis pate fiunt generale rerum ideae primae et invariabiles regulas judiciorum, et legens ratiocinationum ad invicem quae exprimunt idearum relationes; sic enim Divus Augustinus, Libro 2º *De libero arbitrio*, cap. Duodecimo sic loquitur: “nullo modo negaveris esse immutabilem veritatem haec omnia, quae immutabiliter vera sunt, quam quidem veritatem non possit dicere tuam vel meam vel cuiusdam hominis; sed omnibus<sup>22</sup> incommunicabilia vera cernentes; tamquam

[p. 132]

miris modis secretum et publicum lumine ipsis praesto esse ac se praebere communiter”. Aposto-

<sup>22</sup> Originel *homines*, no hace sentido; se corrige conforme el texto de S. Agustín.

lus etiam Prima ad Corinthios, cap. 13,  
vers. 12: “videmus per speculum  
<sup>5</sup> in enigmate tunc autem facie ad faciem”.  
Haec et alia tam Sacrae Paginae quam SS.  
PP. adducet Malebranchius ad suum praesta-  
biliendum primun cognoscendi modum.

**239.** Secundo modo cognoscemus corporum essen-  
<sup>10</sup>tias et attributa communia spectando ad ide-  
am archetypam, quae in se nihil aliud est, ipso  
Malebranchio favente, quam essentia divina  
in qua intelligibili quodammodo corpora con-  
tinentur; insuper ait celebris Americanis,  
<sup>15</sup> data est idea clara et distincta in qua pos-  
sunt, si vellent, cognoscere figuras, circulos,  
triangulos et diversus motus corporum. Necessa  
quippe est, ut triangulus, rotunditatem et ex-  
tensionem corporis in aliquo exemplari vide-  
<sup>20</sup>amus, hoc est in idea illa archetypa nempe  
Deus, in quo homines vident quidquid clare  
et distincte percipiunt, cuius essentia aliqua  
ratione a creaturis est participabilis, quate-  
nus illas in se eminenter continet, nam in Deo  
<sup>25</sup> extensio immensa et consequenter omnia  
corpora continentur. Si Deo materiali-  
tatem tribuit Malebranchius, qualis esset  
mens ejus quis non vidit?

[p. 133]

**240.** Tertio cognoscendi modo fatetur et miratur ideam, auctor fatetur mentem humanam suarum operationem fieri consciam per sensum intimum seu per conscientiam, immo etiam dolorum, tristitia, gaudii, caloris et frigoris; miratur vero, quia cum corporum qualitates et affectiones in essentia divina cognoscamus, anima suarum operationem tantum per intimum sensum fit conscientia, et tandem concludit, quod animae etiam idea in idea generali continetur, quia cum Deus sit ens per essentiam et diversis modis illuminet animam, ipsa in essentia divina continetur; ex quo sequitur quod dum respicit alia et se ipsam videt anima in essentia divina.

**241.** Quarto denique modo docet nos cognoscere mentes aliorum hominum, et etiam angelorum; quia cum alias nec in se ipsis nec per ideam claram, vel per conscientiam possumus percipere, per conjecturam cognoscere eas necesse est; ita loquitur vir clarus Malebrachium, qui paulo ante dixerat in idea universalis nos omnia videre, quatenus in ipsa essentia divina omnia eminenter continentur. Hic notare oportet, quod visio si nomen attendamus, ut inquit S. Augustinus, Libro decimo *Confessionum*, cap. 35: primo importat actum sensus visus, et etiam aliquando extenditur ad cognitionem

<sup>30</sup> intellectus, secundum illud Apostoli Matthaei

[p. 134]

quinto; “beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt”. In hoc autem distinguitur visio a simplici cognitionem, quod cognitio importat quamcumque notitiam imperfectam, confusam, indis-<sup>5</sup>tinctam, etc. Visio autem nonnisi claram visio-  
nem rei in se ipsa importat.

**242.** Videre quip-  
pe est manifestare objectum sibi praesens intue-  
ri, et sicut oculo corporeo non videmus nisi  
<sup>10</sup> res nobis praesentes fiant, et facie ad faciem  
repraesententur, ita etiam oculis mentis non  
dicitur videri nisi objectum praesens sit, et  
propria specie nos moveat. Insuper duplex  
est objectum visionis, unum adaequatum et exten-  
<sup>15</sup>sivum, et aliud propium et connaturale; istud  
enim, nempe objectum connaturale, est aliud quod  
naturaliter et propria virtute absque adjuvami-  
ne a potentia potest attungi; adaequatum et exten-  
sivum tunc est, ut si naturaliter non possit attin-  
<sup>20</sup>gi, elevata tamen et confortata potentia, ad  
eum potest se extendere. Hoc materiali exem-  
pto amplius clarescat distincto: lux par-  
va, v.g. est objectum proportionatum cuique  
oculo, lux vero solis non est proportiona-  
<sup>25</sup>ta debile oculo nisi alioquo instrumento ju-  
vetur. His notatis

**243. Sit conclusio.**

Falsum est nos omnia videre in essentia divina tamquam in idea archetypa. Probatur conclu-

[p. 135]

sio: si omnia vidimus in essentia divina, omnia clare vidimus; sed hoc est falsum, ergo et quod omnia videamus in essentia divina. Probatur major: juxta Malebranchi-  
5um res omnes vidimus in idea clara, immo etiam in essentia et essentia divina, sed non possimus omnia videre in idea clara quin clare videamus; ergo si  
omnia vidimus in essentia divina ea  
10 clare vidimus.

**244.** Major est ipsius Malebran-  
chii roborata testimoniis Divi Augustini illo  
inter praenotandum *Libro octoginta trium quaes-  
tionum*, quaestione 51

15 Deo igitur; minor probatur etiam verbis  
Malebranchii illustrationum, Libro 2º ad quar-  
tam objectionem. Deum a nobis etiam in hac vi-  
ta videri quamvis modo inimperfecto, sed im-  
plicat imperfecte videre, et clare videri; ergo  
20 juxta Malebranchium non vidimus om-  
nia clare in essentia divina, immo nec ipsam  
essentiam.

**245.** Postea vero explicans cur nos om-

nia non vidimos clare usus in illo Divi  
25 Augustini Libro 1° *De Trinitate*, cap. 1°:  
“Nolli querere quid sit veritas, statim  
enim se apponent caligines imaginum cor-  
poralium et nubilia phantasmatum, et per-  
turbabunt serenitatem, qua primo ictu

[p. 136]

dilucit tibi cum dicerem veritas; nunc sic,  
ergo dum veritatem cogitamus pri-  
mo occurunt nobis phantasmata nubi-  
lata, et caligo imaginum primam verita-  
tem cognoscimus mediis phan-  
tasmatisbus”. Deinde trianguli, quod na-  
tura rotunditas, et aliae corporum affec-  
tiones quas juxta Malebranchium  
percipimus, seu vidimus in idea univer-  
10 sali vel continentur in essentia divina  
modo quod sunt in corporibus, vel alio  
modo; si primum necesse est tribuere  
Deum materialitatem et extensionem, et hoc est  
incidere in materialistarum Systemate ab  
15 Ecclesia dammato: si secundum non cognos-  
cimus corporum affectiones distincte cla-  
reque mirum in se.

**246.** In corporibus enim  
communiter expedimur quantitatem  
20 materiale et extensionem ortam ex mu-  
tua exclusione partium ad invicem, taliter

ut unius et intus existat extra entita-  
tem alterius; deinde dupliciter possumus  
videre aliquid in alio, vel ut in lumine  
<sup>25</sup> proprio et in principio, vel ut in objecto  
cognito; si primo modo vel ut Malebran-  
chius nos omnia videre in essentia di-  
vina nihil novum dicit, quod dictum non  
fuerat a Gassendo, Lockio et aliis Philo-  
<sup>30</sup>sophis; si secundum jam aequem om-

[p. 137]

nes cognoscerent essentiam divinam cum omnium  
mentes sint aequae unitgae divinae essentiae  
et tunc non obscure [sed] clare ab omnibus  
dignosceretur. Denique propria experien-  
<sup>5</sup>tia nobis videtur potius objecta cognoscere  
extra nos posita quam indivina essentia,  
nam per simplicem perceptionem objecta cog-  
noscimus directe quin immoremur in de-  
pendentia necessitate eorum aut contin-  
<sup>10</sup>gentia consideranda divina autem essentia  
id eam claram et distinctam mentes pau-  
cae admodum habent, enim vero quomo-  
do falluntur vel decipiunt sensus, si nihil  
per sensus cognoscimus, sed omnia in essen-  
<sup>15</sup>tia divina? Tandem si ideae quas in  
nobis experimur simul sunt in Deo, subs-  
tantia creata nempe mens humana  
est una et eadem substantia cum essentia divi-  
na, et si distincta, quomodo unitur essen-

<sup>20</sup>tiae divinae? Ergo nos omnia videre in  
essentia divina plusquam absurdum est.

### Solvuntur argumenta

**247. Argues primo:** in systemate Malebranchii  
salvatur esse causae primae in Deo; sed hoc po-  
<sup>25</sup>sito non est absurdum, ergo omnia vidimus  
in essendia divina velut in idea archetypa. Probatur  
major: Deus omnia creavit propter se ipsum;  
in Deo vivimus, movemus et sumus, non

[p. 138]

sumus condigni aliquid quasi ex nobis metip-  
sis operare, sed sufficientia nostra ex Deo  
est; haec Sacrae Paginae testimonia probant De-  
um utpote causa prima, una nobiscum ope-  
<sup>5</sup>rari; sed haec solum in systemate Malebran-  
chii salvantur, ergo.

**248. Respondeo.** Deum simul  
nobiscum operare per gratiam ejus qua diffusa  
est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui da-  
<sup>10</sup>tur est nobis; ideoque Apostolus Secunda ad  
Corinthios ait: *non sumus sufficientes  
cogitare aliquid de nobis tamquam a nobis; sed  
sufficientia nostra ex Deo est;* hoc autem mini-  
me probat nos omnia videre in essentia di-  
<sup>15</sup>vina, ut vult Malebranchius, nec oculo cor-  
poreo nec oculo mentis, nam uterque indiget

robore seu lumine gloriae ad conspicien-  
dam divinitatem. Si autem Malebranchius  
vult nos omnia videre in essentia divi-  
<sup>20</sup>na quatenus noscit lumina, quia “lux  
vera est, quae illuminat omnem hominem  
venientem in hunc mundo”, ut legitur  
Joannes 1º cap. Vers. 9; nec  
haec probant intentum Malebranchii.

<sup>25</sup> **249.** Verba enim Joannis tripli modo  
possunt intelligi quin aliquo modo  
sint in sensu malebranchii; primo

[p. 139]

modo Deus illuminat hominem conferen-  
do illi lumen naturae, seu rationis quo pos-  
sit bonum et malum cognoscere, ipsumque  
Deum; nam ut inquit Divus Thomas pri-  
<sup>5</sup>ma parte, quaestione 12, articulo  
1º, ad quartam; “proportio potest esse  
dupliciter, uno modo quatenus est certa  
habitudo unius quantitatis ad alteram,  
secundum quod duplum, tripulum sunt  
<sup>10</sup> species proportionis; alio modo quate-  
nus qualibet habitudo unius ad aliud est  
proportio, et sic est proportio creatura ad  
creatorem, sicut effectus ad causam, et ut  
potentia ad actum; hoc modo intellectus  
<sup>15</sup> creatus proportionatus esse potest ad cog-  
nosendum Deum; illuminat Deum etiam ho-

minem per revelationem, uatenus illi manifestat ea quae solo lumine natuae erant illis impossibilis assecutione. Denique illuminat mentem humanam prophetia, quo in sensu dicitur lumen in tenebroso loco”.

**250.** Dependentia animae rationalis a divina omnipotentia tamquam a causa prima a qua dependent in esse, fieri et conservari qui negavit absque temeritate? In ipso enim vivimus, movemus et sumus, quae dependentia ut salvatur necesse

[p. 140]

non est Deum intime uniri animabus nostris, nec omnia in ipsa essentia divina videre: alias posset homo in lethali statu constituto esse intime unitus  
5 essentiae divinae, nam plura tunc spiritualia, tunc materialia et corporea cognoscunt peccatores, gentiles, athei, materialistas et pantheistas. Etiam necessarium est fateatur Malebranchius intime unitam esse essentiam divinam siquidem omnia cognoscimus, seu videmus in illa essentia, quae est lumen indeficiens, et ultra quod omnia tenebrae sunt, nullus ordo sed sempiternus horror, et nescio quidem quomodo Deus per essentiam sit intime unitus his qui noluer-

unt ut bene ageret. Melius enim ju-  
dico dicer vidimus omnia per Deum,  
qui dedit nobis lumen, ut Deum vide-  
<sup>20</sup>remus, et etiam per discursum ea scire  
possimus, quae ministerio sub sens-  
um non cadunt.

**251. Argues 2°.** Divus Au-  
gustinus Liber 2° *Confessionum* cap.  
<sup>25</sup> 25 ita loquitur: *si ambo vide-  
mus verum esse quod dico ubi quaesto*

[p. 141]

*id vidimus? Nec ergo utique in te, nec  
tu in me, sed ambo in ipsa, quae supra  
mentes nostras est incomunicabili ve-  
ritate.* Sermone octavo *de Verbis Domi-*  
<sup>5</sup>*ni* numero 8° sic habet: *dic quia tu  
tibi lumen est, quid prodest potens, et*

*satus oculus, ac si lumen desit. Ergo  
dic a te tibi lumen non esse, et clama  
quod scriptum est: tu illuminabis lu-  
<sup>10</sup>*cernam meam, Domine; lumine tuo, Do-  
mine, illuminabis tenebras meas.**

**252.** Divus Thomas, 1° parte, quaestione  
88, art. 3° ad primum, in-  
quit: *in luce primae veritatis omnia  
nos intelligere et judicare;* sed haec Augus-

<sup>15</sup>tini et Thomae testimonia sufficien-  
ter probant nos omnia [videri] in essentia  
divina; ergo ita est.

**253. Respondeo** Divos Augusti-  
num et Thomam intelligendos non esse de visio-  
<sup>20</sup>ne intuitiva divinae essentiae, quaem supponit  
Malebranchius, sed de lumine naturae, qu-  
od quidem est lumen in quo vidimus om-  
nia, et cum non sit a nobis sed a Deo no-  
bis per liberam voluntatem tributum seu  
<sup>25</sup> communicatum; sic vidimus omnia in essen-  
tia divina non veluti in subjecto in quo  
nobis repraesententur res corporeas

[p. 142]

et spirituales ad modum quo oculis nostris re-  
praesentantur colores, sed tantum quatenus  
ipse Deus per quandam participationem  
nobis est praesens per lumen rationis.

<sup>5</sup> **254.** Sicut enim objecta, quae lumine solis viden-  
tur dicuntur videri in sole, non quia sol  
objecta illa in se contineat, sed quia proprio  
lumine ea visibilai reddit; ita etiam  
Augustinus dicit nos omnia videre in  
<sup>10</sup> essentia divina, quia dedit nobis Deus  
lumen, per quod omnia videremus.  
Haec expositio seu intelligentia SS.PP  
nobis videtur genuina et consonat

Sacris Litteris, conciliis et dispositioni-  
<sup>15</sup>bus ecclesiasticis; si autem Malebran-  
chio non placet, quia disonat proprio  
cogitandi modo, qui potius favet spinoci-  
mum dicimus: Augustinum et Tho-  
mam fuisse Philosophos Platonicos quantum  
<sup>20</sup> ex quae ab ipsis objecta fere conciliare potuerant  
cum fide Catholica. Denique Sancus Augusti-  
nus *Libro octogintarum [trium] quaestionum* sic lo-  
quitur: “rationalis anima, non omnis et  
quaecumque, sed quae sancta et pura fue-  
<sup>25</sup>rit, asseritur illi visioni esset idonea sicuti  
sunt animae beatorum”. Hoc in sensu inte-  
lligendus Augustinus.

**255. Argues tertio.** Nos debe-

[p. 143]

mus Deum videre; ergo Malebranchius a ve-  
ritate minime erravit. Probatur antecedens. Deus  
est objectum naturale nostri intellectus; sed nos  
videre debemus objectum naturale; ergo vide-  
<sup>5</sup>re debemus Deum. Urgetur ratio: Deus omnia  
propter se ipsum creavit, et etiam mentes  
nostras, hoc minime forent si Deus objectum  
naturale nostrarum mentium; ergo Deus  
objectum naturale nostri intellectus.

**10 256. Respondeo cog-**  
nitonem nostran in Deum tendere quia cum

nullum detur objectum quod anima possit  
secundum suam potentiam cognoscitivam sa-  
tiare, et ultimo completere, semper et pro  
<sup>15</sup> semper anima tendit in Deum velut in  
suum finem cuius possessionem desiderat,  
totoque desiderio cupidissimamente a carcere  
corporis, et esse cum eo; hoc etiam vidimus in  
insensibilibus qui indetur in ipsis idea inna-  
<sup>20</sup>ta vel quaelibet alia cognitione; lapis enim si  
a superficis telluris sursum projiciatur  
statim ac finitur impulsus accelerate re-  
vertitur versus suum centrum, quia or-  
dinatus fuerit ad constituendum globum  
<sup>25</sup> elementarum una cum aliis corporibus.

**257.** Anima etiam creatae fuerunt a Deo et om-  
nia alia tunc visibilia, tunc invisibilia  
propter se ipsum, quia est finis omnium  
rerum; equidem ad esse earundem suffi-

[p. 144]

ciens fuit ejus voluntas, et ipse dicens cre-  
ata fuere, hoc autem minime probant nos  
videre Deum clare ut vult Malebranchi-  
us, sed tantum per discursum deductum  
<sup>5</sup> ex rebus creatis, et secundum nostrum  
modum concipiendi intima dependen-  
tia a sensibus, qui obnubilati speciebus  
rerum materialium et creatarum praebent  
intellectui fundamentum ad efforman-

<sup>10</sup>dam ideam Dei ut rerum omnium creatoris.

**258.** Datus equidem in omnibus hominibus quaedam facultas ad concipiendas primas veritates, primaque principia,  
<sup>15</sup> non tamen aequalis ad omnia in omnibus; plures sunt cognoscentes primas veritates onustas imperfectionibus ita ut veritatum claram ideam non habeant. Alii vero econtra statim concipiunt veritatem cum  
<sup>20</sup> omnibus suis attributis et proprietatibus; etiam experientia convincitur dari quodam homines ingenio oculos qui faciliter penetrant difficultates quas alii penetrare non valent.

<sup>25</sup> QUAESTIO SEXTA.

UTRUM DENTUR IDEAE QUAE PROPRIETATIBUS LOQUENDO POSSINT dici  
FALSAE?

[p. 145]

**259.** Veritatem et falsitatem esse qualitates enuntiationum jam saepe diximus; omnemque propositionem semper dici veram vel falsam utrum autem hoc etiam extendendum sit ad  
<sup>5</sup> ideas controvertitur in scholis, et nos hic examinandum subjicimus. Tamen sunt aliqui, licet confiteantur simplicem perceptionem semper veram esse, de complexi-

bus aliter sentiunt. Hic notate quod  
**10 veritas generice sumpta est convenientia  
rei vel modi cum sua regula et mensura.**  
Est triplex, alia est veritas transcendentalis, et est convenientia entis cum suo modo; de hac in metaphysica; alia est veritas signi, et est convenientia signi cum re signata, aut vocis cum re significata.

**260.** Alia  
est veritas perceptionis, et est **convenientia  
perceptionis nostrae cum re percepta**, de  
**20** hac in praesente est nobis sermo; sed quia perceptio nostra vel sistit in nuda contemplatione rei quin affirmemus vel negemus, quae proprie simplex perceptio dicitur, vel transit intellectus ad affirmandam  
**25** unam ideam de alia quae proprie judicium appellatur; sic etiam alia est veritas

[p. 146]

perceptionis et alia judicii quarum prima consistit in conformitate intellectus nostrum cum re percepta; secunda nempe veritas judicii consistit in affirmatione vel negatione attributi vel proprietatis  
**5** revera convenientis vel repugnantis subjecto.

**261.** Veritati opponitur falsitas non tamen veritati transcendentali, quia nulla est falsitas quae ipsi opponatur; alia est falsitas signi

quae consistiti in disconvenientia signi cum  
<sup>10</sup> re signata, aut vocis cum re significata;  
alia enim est falsitas perceptionis, quae con-  
sistit in eo quod praedictum attributum rebus  
per intellectus affirmationem rebus non conve-  
niat vel aliter se habeat vel re ipsa repug-  
<sup>15</sup>net. Alia denique est falsitas perceptio-  
nis, quae consistit in disconformitate in-  
tellectus nostri cum re percepta; de idea  
simplici nulli vel pauci philosophi dubitant  
veritatem sed cum idea complexa aequiva-  
<sup>20</sup>leat judicio quia datur aliqualis affir-  
matio et negatio ut dum percipimus mon-  
tem aureum huic falsitate convenire  
asserere non dubitant.

**262.** Nos vero dicimus idea tam simple quam com-  
<sup>25</sup>plexa semper est vera, et nullo modo po-  
test dici falsa formaliter, sed tantum ma-  
terialiter et ratione subsequentis judi-

[p. 147]

cii. Probatur conclusio: idea tam simplex quam  
complexa semper est vera si sem-  
per intellectus conformatur in utraque cum re per-  
cepta; sed semper intellectum conformatur,  
<sup>5</sup> ergo utraque semper est vera. Propositionis  
majoris conditio est totum requisitum ad verita-  
tem. Probatur minor per partes: in primis intellectus  
semper conformatur cum re percepta dum unam

et simplicem rem percipit, sed idea illa est simp-  
<sup>10</sup>lex, qua unico et simplici objecto repraesentatur,  
ergo intellectus in idea simplici semper con-  
formatur cum suo objecto. Probatur altera minoris  
pars; idea complexa dicitur illa quae du-  
plici vel multiplici subjecto repraesentatur;  
<sup>15</sup> sed intellectus semper quod percipit duplex  
vel multiplex objectum cum ipso repraesenta-  
tur; ergo intellectus in idea complexa  
semper conformatur cum suo objecto: ex  
conformatitate oritur veritas; ergo idea  
tam simplex quam complexa semper est  
<sup>20</sup> vera.

**263.** Probatur secundo, nempe quod idea nun-  
quam potest dici falsa formaliter, si aliquo  
modo diceretur idea falsa formaliter esset qu-  
od intellectus non percipit rem sicut est in suo  
<sup>25</sup> esse, sed hunc non est falsa formaliter: ergo  
nunquam potest dici formaliter falsa.  
Probatur minor: dum intellectus percipit rem

[p. 148]

aliter ac est in se vere et proprie conformatur  
cum suo objecto; sed dum intellectus vere et pro-  
prie conformatur cum suo objecto idea non est  
falsa formaliter: ergo dum intellectus per-  
<sup>5</sup>cipit realiter ac est in se, idea non est falsa  
formaliter.

**264.** Exemplo amplius clarescat  
ratio probationis: dum intellectus praesente  
stanno percipit argentum, res in intellectu  
<sup>10</sup> est aliter ac est in se; sed intellectus in tali ca-  
su conformatur cum re percepta: ergo  
quamvis res sit in intellectu aliter ac est in  
se, semper intellectus conformatur vere et  
proprie cum re percepta. Major est evidens  
<sup>15</sup> nam aliud eset esse stanni et aliud argenti  
esse, minor ita declaratur: multoties contin-  
git quod in aliquibus perceptionibus duplex  
sit objectum unum a quo intellectus excitatur  
seu movetur ad percipiendum, et aliud quod  
<sup>20</sup> percipitur ab intellectu; in casu relato, v.g.  
dum intellectui proponitur stannum et per-  
cipit argentum, stannum est objectum a quo ex-  
citatur, et objectum est argentum quod per-  
cipit cum quo debet intellectus conforma-  
<sup>25</sup>ri ut perceptio sit dicenda vera.

**265.** Potest dici  
idea falsa materialiter quando est falsita-  
tis causa judicii, quia intellectus affirmat de

[p. 149]

objecto a quo excitatur aliquas proprietates  
quae non convenient vel ipsis repugnant, et  
tunc quia idea praebet intellectui funda-  
menta ut falsum judicet, dicitur idea fal-  
<sup>5</sup>sa materialiter et ratione subsequentis

judicii.

### Solvuntur argumenta

**266. Argues primo:** idea illa est falsa, quae non exprimit quod exprimere debebat; sed datur  
<sup>10</sup> idea exprimens quod exprimere non debet, ergo datur idea falsa. Probatur minor: idea argenti praesente stanno non exprimit quod exprimere debet: ergo. Probatur antecedens: idea illa non exprimit quod exprimere debet quae non re<sup>15</sup>praesentat idea quo excitatur; sed idea argenti praesente stanno et exprimit argentum: ergo datur idea exprimens id quod non debet exprimere et consequenter idea falsa.

**267. Respondeo** plura dari objecta similima in accidentibus quamvis in natura diversa: sicut dantur etiam plurima objecta assimilata natura diversa autem in accidentibus: communiter enim efformantur ab intellectu ideae ope sen<sup>25</sup>suum, quibus etsi res quae immediate repraesentant qualitatibus correpondentibus organis informatae ex earundem rerum

[p. 150]

consideratione insensibiles, et a sensibus fugaces percipit res intellectus: equidem ex creaturarum consideratrione venit intellectus in

cognitionem Dei, quamvis Deus et creatura  
⁵ sint primo diversa.

**268.** Plur igitur exigitur  
quam natura rerum patitur Dcum exigitur  
ideam debere repraesentare id a quo excitatur  
si mediis motionibus sensuum percipian-  
⁵ tur objecta, cum ergo a superficie stanni  
eadem motiones excitentur in nobis aut exci-  
tantur a superficie argenti nulla est repug-  
nantia ut spiritus animales secum afferant  
quamdam imaginem argenti in phantasiam  
¹⁰ dum excitantur a superficie stanni,  
unde nulla datur vera idea stanni sed argenti.

**269. Argues secundo:** idea ligni media sui parte de-  
mersa in aqua et idea falsa; ergo datur idea  
falsa. Probatur antecedens: illa idea est falsa quae re-  
¹⁵ praesentat rem aliter ac est in se; sed idea  
ligni media sui parte demersa in aqua repre-  
sentat rem aliter ac est in se: ergo idea ligni  
media sui parte demersa in aqua est fal-  
sa. Probatur minor: lignum revera est integrum  
²⁰ sed nobis repraesentatur fractum; ergo nobis  
repraesentatur aliter ac est in se.

**270. Respondeo** duplex est esse rerun, aliud est esse na-  
turae et aliud esse repraesentationis: ut idea

[p. 151]

proprie et formaliter dicatur falsa non sufficit quod res nobis reprezentetur aliter ac est in se in quo esse naturae, sed insuper requiritur quod nobis reprezentetur res aliter ac<sup>5</sup> est in se in essendo propotionem, nobis representat rem aliter ac est in se in reprezentando, nego propositionem.

**271.** Esse represtationis est utique cum conformari intellectus ad veritatem  
<sup>10</sup> idearum, tamen quia aliud est aqua et aliud aer, aliter modificantur radii luminis a superficie aquae et a superficie aeris quippe cum vistae fiat tam mediis radiis venientibus a superficie corporis inclinans oculi diverso modo nobis represtant lignum aqua immersum.  
Vera etenim idea non est ligni illius quod praesens cernimus, quia tantum est objectum a quo excitat intellectus ad perceptionem efficiendam, et ideo dicitur objectum materiale ideae; objectum  
<sup>20</sup> vero formale cum quo debet et de facto conformatur intellectus est lignum fractum quod intrinsecus in phantasia intellectui repreäsentatur: unde vera redditur idea ligni formaliter quamvis lignum nobis reprezentetur fractum et re-  
<sup>25</sup> vera sit integrum.

**272. Instabis:** ergo impossibilis est idea falsa. Probatur consequentia: idea falsa non

[p. 152]

potest dari: sed quod non potest dari impossibile  
est; ergo impossibilis est idea falsa. Sic arguo, ergo impossibilis est impossibilitas ideae falsae. Probatur consequentia: sicut per impossibilitatem constituitur possibile ita per possibilitatem constituir impossibile; sed ita constituitur posibile ut ejus possibilitas sit possibilis; ergo etiam ita constituitur impossibile ut ejus impossibilitas sit impossibilis; alias si impossibilitas esset possibilis; impossibile est et etiam possibile, igitur vel impossibilitas possibilitatis ideae falsae est impossibilis vel est possibilis, et quomodocumque datur idea falsa seu potest dari.

**273. Respondeo.** Dupliciter possunt considerari possibilia, vel in concreto, id est quando possibilitas convenit rebus possibilibus quia tunc fit concretum ex re possibili et ex possibilitate dicitur revera res possibilis formaliter possibilis, quia non involvit contradictionem; etiam potest considerari in abstracto, id est, dum attingitur ab intellectu quin congeniat rei, quae ideo dicitur impossibilis: sic est possibilis impossibilitas possibilitatis idea falsae, id est in abstracto, quia quamvis talis impossibilitas sit possibilis none st ita conveniens rebus impossibilibus ratione suae possibilitatis ut eas constitutat possibles, alias possibile etiam est et quod involvuit contradictionem

[p. 153]

et implicat per locum ab intrinseco.

**274.** Quamvis possibilis sit intrinseca possibilibus, quia nihil aliud importat praeter non repugnantiam praedicatorum intrinsecorum ratione cuius non repugnantiae res dicit potentiam ad existendum, impossibilitas vero non est intrinseca impossibilibus, quia non supponit praedicata impossibilibus convenientia, sed potius repugnantia, ideoque quamvis impossibilium impossibilitas concipiatur velut possibilis, et ab intellectu cognoscibilis cum non dentur a parte rei impossibilia etiam non datur in concreto possibilitatis eorum.

**15 275. Argues tertio:** idea complexa aequivalet iudicio; sed datur judicium falsum: ergo datur etiam idea complexa falsa. Probatur major: in idea complexa datur compositio vel divisio, sed etiam in iudicio datur compositio vel divisio; ergo in idea complexa iudicio subsumo, sed ubi datur compositio vel divisio datur veritas et falsitas; ergo in idea complexa datur veritas et falsitas. Probatur consequentia: ibi datur veritas et falsitas ubi aliquid alicui tribuitur vel aliquid de aliquo denegatur; sed in idea complexa aliquid alicui tribuitur, vel aliquid de aliquo denegatur; ergo in idea com-

[p. 154]

plexa datur veritas et falsitas. Probatur minor, haec est idea complexa **mons aureus**; sed in hac idea tribuitur aurum monti; ergo in idea complexa aliquid alicui tribuitur.

<sup>5</sup> **276. Respondeo** ideam

complexam minime aequivalere judicio, quia quamvis in idea complexa aliqua daretur affirmatio vel negatio, et tribuuntur aliquid alicui, hoc fit per simplicem perceptionem absque ulla affirmatione vel <sup>10</sup> negatione intellectus percipientis in judicio; ergo si aliquid alicui affirmatur vel de aliquo denegatur hoc fieri debet per affirmationem vel negationem proprie talem in quo exercitio potest intellectus falli; non vero in simplici perceptione <sup>15</sup> qua objecta cognoscuntur sicut intellectui proponuntur, et possunt ab ipso considerare. Duplex ergo est modus tribuendi aliquid alicui, vel per simplicem perceptionem, quae ut saepe diximus est nuda contemplatio rei in qua <sup>15</sup> intellectus prescindit a convenientia vel repugnantia praedicati subjecto tantum considerat intellectus objectum cognitionis; aliter enim potest aliquid alicui tribuere dum intellectus affirmat positive praedicatum con-<sup>20</sup>venire subjecto comite voluntate seu assentiente; unde nequaquam potest idea complexa aequivalere judicio quia in nulla datur affirmatio nec negatio.

**257. Argues [quarto]<sup>23</sup>:** ergo saltem idea quam ha-

[p. 155]

bemus de homine est falsa. Probatur consequentia: hominem percipimus capite recto; sed nobis repreäsentatur capite inverso: ergo idea hominis est falsa. Probatur minor: homo nobis repreäsentatur  
⁵ sicut radii venientes a superficie ejus nobis tradunt imaginem inversam: ergo homo nobis repreäsentatur capite inverso. Probatur minor: radii venientes a capite homine in pupilla oculi redundat a linea recta, et accedunt ad obliquam, ra-  
¹⁰ dii vero qui veniunt a pedibus in pupillam eodem modorefranguntur; sed ita homo nobis repreäsentatur actione inversa. Ergo.

**278. Respondeo** ani-

mam percipere obejectum prout ab imagine excitatur  
¹⁵ et determinatur sic, enim anima determina-  
tur ex imagine inversa ad percipienda objecta  
direkte, sive recte: excitare animam ad percep-  
tionem spectat objectum quae percipere ad modum  
attinet; anima ergo determinatur ad cog-  
²⁰ noscenda obejecta magna, ex imagine quae cadit  
sub dupli linea, et licet in imagine mini-  
me repreäsententur objecta ut dum v.g. no-  
bis repreäsentatur templum Fratrum Minorum  
hujus civitatis, licet ejus imago in axe opti-

<sup>23</sup> Original *primum*.

<sup>25</sup>co sub dupli vel triplici liena efformetur,  
tamen percipimus templum ea longitudi-  
ne, latitudine et altitudine propria quibus  
ornatur.

**279. Non solum objecta quanta organa**

[p. 156]

visus percipiuntur sed etiam tactu; und etsi  
visus inversa repreäsentantur objecta tactui reprea-  
sentatur directe, nobisque metipsis constat pedibus  
niti superficie terrae ad deambulandum et sis-  
<sup>5</sup>tendum, ex quo possumus et de facto cognosci-  
mus animalia qua nobis repreäsentantur  
recte sistere et non inverse; denique sicut ani-  
ma excitatur ex minima imagine ad perci-  
piendum objecta magna in quantitate ita etiam ex  
<sup>10</sup>objectis inversis excitatur ad eadem percipien-  
da recte; hoc quoddam simili omnibus faci-  
li comprobatur, si clausis oculis quis iter  
faciat duobus baculis ad haec sinistra manu  
pendentibus taliter ut baculo sinistro objecta  
<sup>15</sup>similiter percutiantur, nihilominus quod  
objecta sint inversa secundum directionem pulsa-  
tionum, objecta percipit propriis in locis co-  
rrespondentibus lateribus hominis.

**280. Objecta au-**  
<sup>20</sup>tem, quae confusa repreäsentantur non est in  
potestate animaeclare et distincte ea appe-

hendere, quia cum hoc proveniat si visibilia  
sunt objecta vel colorata, tunc ex longa dis-  
tantia tunc ex remisa luce, tunc denique  
<sup>25</sup> ex simultanea objectorum repraesentatione, quae  
causae confusionem vertentes in phantasia non  
sunt in potestate animae.

QUAESTIO SEPTIMA.

QUID SIT UNIVERSALE, QUOTUPLEX  
<sup>30</sup> AN DETUR, ET PER QUEM ACTUM INTE-  
LLECTUS FIAT?

[p. 157]

**281.** Universale juxta commune Philosophorum  
est **unum multiplex**; tamen quia quidquid est ideo  
est et unum numere est controvertitur inter philosophos  
an detur universale et quomodo, aliud quippe est uni-  
<sup>5</sup>vesale in significando, et est vox una plura signi-  
ficans; hoc dari universale omnes grammatici  
noscunt qui certe sciunt “tauri” vocem plura sig-  
nificari, et aliud animal quadrupedum, et aliud  
<sup>10</sup> signum caeleste, aliud est universalem in causan-  
do et est causa una plures effectus potens cau-  
sure, hoc dari universale solum athei igno-  
rant quamvis sint voluntaria ignorantia  
unius Dei qui potens est plures effectus pro-  
<sup>15</sup>ducere.

**282.** Aliud est universale in repraesentan-  
do et est idea plura objecta repraesentans;

hoc dari universale vos satis qui ideam complexam dari duplex objectum vel triplex re-  
<sup>20</sup> praesentantem novitis. Aliud est universale metaphysicum et est natura una apta ad esse et praedicare de multis; hoc dari universale est proprium metaphysicae, sed quia logicus superedificat metaphysico hic placuit de metaphysico et logico  
<sup>25</sup> universale tractare: universale logicum est natura una proxime apta praedicabilis de pluribus, dari universale metaphysicum disputant Philosophi dicitistae cum thomistis; isti, id est thomistae, tenent dari nullam naturam unam absque fictione inter-  
<sup>30</sup> lectus, quae sit proxime apta ad esse in multis

[p. 158]

et praedicari de multis.

**283.** Unanimiter equidem sustinent naturam multiplicari esentialiter sicut multiplicantur individua: hic notate quod illa unitas <sup>5</sup> qua quolibet ex uno est indistinctum in se et distinctum a quolibet alio ratione ejusdem unitatis, nam **unum** definitur **indistinctum in se, et distinctum a quolibet alio**. Sed quia unitas opponitur distinctione totuplex est unitas, quotuplic distictio. Distinctio alia est generica et **est non identitas quae datur inter res diversi generis ut inter hominem et lignum**; alia est distinctio specifica et **est non identitas quae datur inter res diversae speciei ut in hominem et leo-**

<sup>15</sup>nem; alia denique est distinctio numerica et **est non identitas quae datur inter res ejusdem species ut inter Petrum et Paulum.**

**284.** Unitas etiam alia

est generica, quae datur inter individua ejusdem generis, vel inter hominem et leonem; haec unitas secum admittit distinctionem specificam et numericam et ideo minima dicitur; alia est unitas specifica, quae versastur inter individua ejusdem speciei, ut inter Petrum et Paulum, haec unitas dicitur media; alia denique est unitas numerica, quae datur in unico individuo respectu aliorum et sui, haec unitas excludit omnem distinctionem, et ideo maxima a Philosophis appellantur.

<sup>30</sup> **285.** Etiam notandum est triplex status

[p. 159]

in quo potest natura considerari, nam vel consideratur in statu essentiae et prout solum dicit praedicata essentialia cum omnibus attributis ab essentia inseparabilibus, vel etiam <sup>5</sup> consideratur prout objective est tantum in intellectu, qui status objectivus dicitur, vel denique consideratur contracta natura per singularitatem, qui status propriae et realis existentiae dicitur; hic notate quod ea quae convenientia naturae est in primo statu considerata e-

tiam convenientiunt ei in quocumque statu, qui  
status non se mutuo praeferunt praefe-  
rentia temporis, sed tantum media consideratione  
intellectus. His praelibatis

**<sup>15</sup> 286. Sit prima conclusio.**

Dantur a parte rei naturae communes in essen-  
do seu universale metaphysicum. Probatur breviter con-  
clusio: datur a parte rei natura una et multi-  
plex, quae sit in pluribus, sed haec est natura com-  
<sup>20</sup>munis in essendo: ergo datur a parte rei uni-  
versale metaphysicum. Probatur major: natura huma-  
na, v.g. a parte rei est una aliunde a parte  
rei est multiplex; ergo datur a parte rei natura  
una et multiplex. Probatur major: natura huma-  
<sup>25</sup>na propriiori ad singularitates est una: er-  
go natura humana a parte rei est una.

**287. Probatur**

antecedens: natura humana propriiori ad sin-  
gularibus distinguitur ad alia quacumque

[p. 160]

natura; sed non ab alia ratione nisi ratio-  
ne unitatis, nam unum est indistinctum in se et  
distinctum a quolibet alio: ergo natura huma-  
na a parte rei est una. Aliunde a parte rei  
<sup>5</sup> est multiplex: natura humana a parte rei est in  
omnibus individuis; sed nequit est in omni-  
bus individuis quin multiplicetur in illis; ergo

natura humana a parte rei est multiplex. Probatur minor: nequit esse natura humana in individuis

<sup>10</sup> quin natura Pauli, v.g. distinguitur a natura Petri, sed hoc modo multiplicatur natura in individuis: ergo nequit natura esse in individuis quin multiplicetur in illis.

**288.** Probatur major: si natura

<sup>15</sup> Pauli, v.g. non distingueretur a natura Petri, anquilata natura Pauli, Pauloque destructo, destreretur et Petri, sed hoc est falsum: ergo si natura humana est in individuis multiplicatur

in illis. Confirmatur hoc auctores Subtilis

<sup>20</sup> Doctoris in Secundo, quaestione prima, ita dicentis: *natura secundum illam entitatem habet verum esse extra animam, et secundum illam entitatem habet unitatem sibi proportionalem, quae est indifferens ad singula-*

<sup>25</sup> *ritatem; ita quod non repugnet illi unitati de se conjungi cum quacumque unitate;* ergo datur re ipsa natura communis in essendo seu universale metaphysicum.

[p. 161]

**Solvuntur argumenta**

**289. Argues primo:** licet natura sit multiplex, non est una; sed natura quae non est una et multiplex non est natura communis in essendo: ergo non dantur naturae communis in essendo seu universale metaphysicum. Probatur major:

natura Petri, v.g. est alia distincta a natura Pauli non solum aleitate numerali, sed etiam aleitate essenti-ali; sed aleitas essentialis facit naturam multiplicem et non unam; ergo quamvis natura humana sit mul-  
<sup>10</sup>tiplex none st una. Probatur major. Petrus et Paulus dis-tinguuntur formaliter, sed distinctio formalis ar-guit in natura eandem distinctionem; ergo natura huma-na in Petro et in Paulo essentialiter disting-uuntur.

**15 290. Respondeo**, nam unitas formalis comparabilis est cum multiplicitate numerali, quia natura dum multiplicatur in individuis ipsa non est prin-cipium quo multiplicatis sed tantum principium quod redditur multiplicabile per contractionem  
<sup>20</sup> naturae ad individua: unde Subtilis Doctor Dis-tinctione 3°, quaestione 7°<sup>24</sup> observat dupli-citer posse differre, seu distinguit naturam formaliter, et ratione formae distinguitur ratione formae, id est, ratione individuorum in quibus est natura  
<sup>25</sup> et tunc individua sunt immediata causa mul-tiplicitatis naturae; aliter dicitur naturam differre for-maliter dum ipsa eadem natura multiplicatur ta-liter ut non sit una et eadem essentialiter.

[162]

**291.** Hucusque Subtilis Doctor feret ad verbum. Hoc tamen genus multiplicitatis essentialis repug-

<sup>24</sup> Original parece decir *1<sup>a</sup>*, pero no corresponde.

nat naturae cum sit una formalis in quocumque  
statu consideretur quatenus est proprietas in  
<sup>5</sup> secundo gradu naturae ad ea inseparabilis, sive  
consideretur praecisa a singularitate, sive cum  
illa identificata realiter.

**292. Argues secundo:** si natura  
quae est in Petro est eadem cum natura Pauli non mul-  
<sup>10</sup>tiplicatur natura; sed natura quae non multiplicatur  
non est universalis in essendo: ergo natura huma-  
na non est universale metaphysicum. Probatur major:  
si natura Petri est una et eadem cum natura aliorum  
individuorum, natura Petri est natura aliorum,  
<sup>15</sup> sed eo ipso non multiplicatur natura: ergo si  
est una et eadem in omnibus individuis natura  
redditur inmultiplicabilis.

**293. Respondeo** naturam humanam esse  
unam unitate specifica seu formali quae nullatenus  
<sup>20</sup> excludit multiplicitatem numeralem ratione cuius dis-  
tingui potest numeri de sic enim natura Petro et Pauli alio-  
rumque individuorum est una non solum unitate fundam-  
entali quae unice consistit in similitudine Petri et Pauli  
ratione cuius datur fundamentum, ut illa plura  
<sup>25</sup> individua possint consequi una unica idea ut  
volunt nominales quibus accedunt Cartesiani,  
sed est una unitate essentiali a parte rei, et un-  
llo fingente intellectu, quae unitas ex se est indif-  
ferens ut conjugantur cum haec vel illa uni-  
<sup>30</sup>tate numerica, quin ex hoc sequatur naturam

[p. 163]

Petri et Pauli amittere unitatem formalem, et differre ratione formae; quia cum sit una essentialiter in quocumque statu consideretur debet et unitas convenire.

<sup>5</sup> **294.** Ex quo sequitur non tantum possunt voces esse communes nam vox “animal” significat in immediate naturam animalis, et vox “homo” significat simili modo naturam hominis ab inferioribus abstractam, aliunde non posset vox ista “homo” significare saltem confuse individua naturae, nam voces primarie et immediate significant res, secundarie vero et mediate significant conceptus loquentis. Sic enim individuis non convenire res quae significantur per hanc vocem “homo” nec eis convenire vox.

<sup>15</sup> **295. Argues 3º:** unitas quae convenit naturae est essentialis, sed ita redditur incommunicabilis individuis; ergo etiam inmultiplicabilis. Major est evidens quia quidquid convenit naturae ratione essentia est ipsis <sup>20</sup> essentiale. Probatur minor: quidquid convenit naturae in statu essentiali consideratae ei convenit in quocumque statu; sed stante unitate essentiali naturae nequit stare multiplicitas: ergo si natura est essentialiter una est inmultiplicabilis. Vergetur ac-<sup>25</sup>tio unitas et communicabilis quamdam servant oppositam naturam, quia quod communicabile est multiplicari valet et unitatem amittit. Ergo.

**296. Respondeo:** naturam multiplicari servanda  
<sup>30</sup> unitatem essentialem, nam si consideretur con-

[p. 164]

tracta cum singularibus, alia revera est natura Petri  
a natura Pauli aleitate numerica, quae provenit ex  
numerali multiplicatae individuorum in quibus  
est essentialiter natura, ratione cuius uniusque  
<sup>5</sup> eorum dicitur homo, et est individuum naturae  
humanae; haec eademmet natura considerata  
propriori ad contractionem individuorum est una  
a parte rei essentialiter, cum qua unitate op-  
time stat multiplicitas numerica.

<sup>10</sup> **297.** Haec est diffe-  
rentia quae datur naturam humanam inter. et  
divinam, nam cum haec sit essentiali singula-  
riter, quamvis sit in tribus divinis personis non  
multiplicatur essentia, sicut multiplicatur  
<sup>15</sup> natura in creatis: equidem essentia Patris in divinis  
est eadem cum essentia Filii, et amborum est una et  
eadem cum essentia procedentis utroque Spiritus  
Sancti; ex quo si per impossibile [una] ex tri-  
bus personis deficeret, et tota Trinitas etiam de-  
<sup>20</sup>ficeret. In creatis vero nempe hominibus  
participantibus una eademque natura ex destruc-  
tione unius minime sequitur alterius destruc-  
tio quia uniuscujusque singularitas qua natura  
contrahitur et fit individua est praecisa a sin-  
<sup>25</sup>gularitate alterius: ex quo natura quam respi-

cimus in Petro, v.g. si una et essentialiter  
eadem cum natura quae est in Paulo, ambosque cons-  
tituat revera homines a parte rei multiplica-  
tur in illis stante unitate specifica natura essentia-  
<sup>30</sup>li.

**298. Argues 4º:** quidquid datur a parte rei vel est Deus

[p. 165]

vel creatura; sed tam Deus quam creatura est  
essentialiter singularis; ergo nullum datur a  
parte rei in essendo universale. Probatur minor: in  
primis Deus est essentialiter singularis, sed  
<sup>5</sup> aliunde creatura, ergo tam Deus quam creatura est essentialiter  
singularis. Probatur minor: quidquid est ideo est quia  
unum numero est, ergo creatura est essentialiter  
singularis.

**299. Respondeo** dupli modo potest creatura  
<sup>10</sup> determinare actionem creativam Dei, mediate sci-  
licet. et immediate; mediate terminat actionem crea-  
tivam Dei singulare, ut quo natura humana iden-  
tificatur, et simul corruptitur dum singula-  
re destruitur, immediate vero terminat action-  
<sup>15</sup>em creativam natura ipsa, qua in se considera-  
ta nihil aliud est vel importat quam praedicata  
essentialia, ratione quorum ingenerabilis est et  
incorruptibilis, et hoc sufficit ut salvetur com-  
mune Philosophorum proloquium: *essentiae*  
<sup>20</sup> *rerum sunt ingenerabiles et incorruptibiles.*

**300. Argues 5º:** natura Petri est similis naturae Pauli,  
sed similitudo arguit singularitatem, ergo natura  
Petri et natura Pauli est natura singularis. Probatur major:  
Petrus et Paulus in aliquo convenient; sed  
<sup>2</sup> non in singularitate, quia ob singularita-  
tem distinguuntur: ergo convenient in natura; er-  
go haec similis est.

**301. Respondeo.** Petrus et Paulus assimilan-  
tur ut quod idem sunt substantia in quibus natura hu-  
<sup>30</sup>mana invenitur a parte rei contracta unius-

[p. 166]

cujusque singularitate, ratione cuius Petris dici-  
tur homo, et etiam Paulus, aliique homines seu indi-  
vidua naturae: minime autem ex hoc sequitur  
naturam fieri singularem, nec communem per ali-  
<sup>5</sup>am naturam quin quod est tale ut quo non indiget  
alio quo fiat tale. Cum ergo natura humana sit  
quo individua convenient in esse unius naturae,  
non indiget humana natura alia per quam fiat  
communicabilis individuis.

<sup>10</sup> **302.** Insuper Petrus v.g. non  
importat naturam sed juncta a singularitate, unde  
natura communis est vere et realiter identificata cum  
singularibus estque praescindibilis per actum abstrac-  
tionis intellectus a propriis singularitatibus cum  
<sup>15</sup> quibus realiter identificatur.

QUAESTIO 8<sup>a</sup>.

QUID SIT UNIVERSALE  
LOGICUM ET AN DETUR?

**303.** Universale logicum juxta commune Philosophorum dicitur **unum aptum proximo praedicabile de pluribus secundum rem et rationem**. Ad cuius intelligentiam placuit hic referre ambarum circa subjectum materiam; et scotistarum, et thomistarum modum discurrendi. Scotistae cum suo Maximo Doctore in Secundo, quaestione 3º sectione: intellectus natura commune praescindit praecisione positiva ab omni singularitate, easque esse praemissas per alium actus intellectus confert suis

[p. 167]

inferioribus, et eas tribuit ipsiis dicens “Petrus est homo”, “Paulus est homo” et sic de reliquis.

**304.** Facta hac comparatione intellectus reflectens circa hanc natura comparationem animadvertisit naturam convenire pluribus solo numero diversis et sic naturae tribuit secundum intentionem speciei, quam secundam intentionem vocant universale comitum dicuntque habere esse intellectu cum fundamento in re.

**305.** Id fere ipsum dicunt Thomistae dicentes hoc universale esse secundum rem et ratio-

nem; hic notate quod intentio idem sonat ac idea,  
quae alia est formalis, et alia objectiva. Dum intellectus  
<sup>15</sup> percipit rem vel aliqua attributa quae rei insunt a  
parte rei, tunc datur prima intentio formalis, et  
res sive attributum sic cognitum dicitur prima  
intentio objectiva; dum vero intellectus progre-  
ditur ad percipienda aliqua praedicata, quae revera  
<sup>20</sup> rei non convenient, tunc mentis perceptio di-  
citur secunda intentio formalis, et praedicatum  
sic perceptum dicitur secunda intentio objecti-  
va. At si in praedicatis intrinsecis illius rei detur  
fundamentum ad talem perceptionem dicitur  
<sup>25</sup> secunda intentio fundata, si vero deest funda-  
mentum divitetur infundata.

**306.** Nota quod duplex  
est naturae communitas adhuc inter scotistas, alii tenent  
naturam communem esse per medii tertiam quae commu-  
<sup>30</sup>nitas stat in eo quod natura una et eadem secundum

[p. 168]

se metaphysice indivisa existat realiter inc-  
ommunicata suis individuis, quia in eis un-  
llam patiatur divisionem, qua naturam multi-  
plicet aut dividat penes rationem quiddi-  
<sup>5</sup>tativam propriamque unitatem formalem  
quam de se importat ut distincta formalis-  
tas ex natura rei a singularitatibus taliter  
ut una et eadem sit humanitas Petri et Pau-  
li solo numero distincta.

**10 307.** Alii vero sustinent

naturam communem esse per indifferentiam qua com-  
munitate natura unitate formali; tantum ex-  
istit in individuis in se ipsa divisa et multipli-  
cata quam propriam formam seu quidditatem  
**15** ut una sit in Petro et alia in Paulo, ita tamen  
ut illa quae est in Petro de se sit indifferens ad esse in  
Paulo, vel in quolibet alio individuo, solumque ab ex-  
trinseco impedita ratione singularitatis. Huic  
opinionis utraque manu subscribimus quaestio-  
**20**ne sequenti; pro nunc tantum indifferentiam.

His probatis

**308. Sit conclusio.**

Nullum potest dari universale logicum ut communi-  
ter admittitur ab scotistis, et thomistis, scilicet univer-  
**25**sale completum quod sit unum proxime praedicabi-  
le de pluribus secundum rem et rationem. Probatur con-  
clusio: universale logicum est unum aptum ut  
proxime praedicetur de pluribus; sed nulla natura  
talism datur; ergo nullum potest dari universali  
logicum. Probatur minor: ut natura sit apta praedicabi-  
**30**lis de pluribus debet habere unitatem entitativam  
numeralem; sed nulla natura est una unitate enti-

[p. 169]

tativa numerali: ergo nulla datur natura una  
apta ut proximo praedicetur de pluribus.

**309.** Probatur major: unitas formalis non est sufficiens fun-

damentum ad universale logicum completum: ergo  
⁵ ad universale logicum natura debet habere unita-  
tem entitativam numeralem. Probatur antecedens: uni-  
tas formalis quam habet natura a parte rei lon-  
ge distat ab unitate requisita ad universalem lo-  
gicum completum; sed eo ipso unitas formalis  
¹⁰ non est sufficiens fundamentum ad universalem  
logicum completum; ergo. Probatur major: unitas for-  
malis admittit multiplicitatem numeralem, sed  
unitas numeralis excludit multiplicitatem nu-  
meralem; ergo longe distat unitas formalis ab  
¹⁵ unitate numerali.

**310.** Denique duo communiter asse-  
runt Scotistae, nempe non dari universalem lo-  
gicum a parte rei quod nos etiam libenter fatemur,  
et esse de mente Mariani Doctoris non dubita-  
²⁰mus; etiam alii sunt qui licet negent universalem  
logicum a parte rei, sustinent tamen dari per  
intellectum cum fundamento in re, quod nos  
negamus, et esse contra mentem Mariani Doc-  
toris constabis ex solutione argumentorum.

**<sup>25</sup> Argumenta Solvuntur**

**311. Argues primo:** Subtilis Doctor aperte docem septimo  
metaphysicae, quaestione decima octava, numero

[p. 170]

nono, dari universalem logicum per opus intellectus cum fundamento in re; ergo datutr. Probatur antecedens: ibi docet quod natura communis est materialis fundamentaliter et remote universalis; sed<sup>5</sup> eo ipso intellectus habet fundamentum ad concipiendam naturam formaliter universalem: ergo docet Doctor Subtilis dari universalem logicum per opus intellectus cum fundamento in re.

**312. Respondeo:**

<sup>10</sup> audiantur verba Doctoris Subtilis allegata a nostro Frassen in favorem propriae sententiae; Doctor enim Subtilis in secundo quaestione tertia, distinctione tertia, numero octavo inquit: nihil enim secundum quamlibet unitatem quam habet a parte

<sup>15</sup> rei universale sed ultra requiritur ut secundum ipsam unitatem praecisam sit in potentia proxima ad quolibet suppositum, ut praedicatur de eo praedicatione dicente: “hoc est hoc”, quia alicui naturae non repugnet esse in alia singularitate dis-

<sup>20</sup>tincta ab ea in qua est, non tamen potest dici de quolibet inferiori quod quilibet est ipsa natura; sed ultra requiritur quod ab intellectu concipiatur per modum obii indifferentis, et unius unitate numerali.

<sup>25</sup> **313.** Similiter habet numero nono per haec verba: *in creaturis enim aliquod commune est et illud non ita commune quod sit praedicabile de multis*, et paulo post, *tale commune non est univer-*

*sale in actu quia deficit ei illa indifferentia se-*

[p. 171]

*cundum quam complete universale est universale. Quid clarius? Docet itaque Doctoris Subtilis non dari universale in actu, et completum a parte rei, et minime concedit dari posse per intellectum: docet insuper per unitatem formalem non sufficere ad universalem logicum ad quod requiritur quod natura concipiatur ab intellectu et una unitate numerali, non tamen docet quod intellectus posse sic concipere naturam aliquam genericam vel specificam.*

**314.** Nec valet quod Subtilis Doctoris verbis ablatis inferunt adversarii dari universale materiale, et fumdamentale et remotum, quia praeterquam quod talis inferentia est tantum discursus ut adversarium notio absolute carens <sup>15</sup> omni fundamento: nam quiud prodest ad universalem logicum complexum et proximum; quod natura sit una a parte rei ab omni singularitate praecisa, si positive non excludit omnes et quas-cumque singularitatis; quam equidem in quo ipso <sup>20</sup> statu considerata sit de se indifferens ad hanc vel illam singularitatem quae indifferentia minime potest esse fundamentum logicae universalitatis.

**315.** Abstractio itaque per quam natura fit praecisa

<sup>25</sup> a singularitatibus et consideratur in statu essentiae est pure negativa, quatenus positive non excludit differentias ne eas positive includit; abstractio ergo requisita ad logicam universalitatem est abstractio positiva secundan quam

[p. p. 172]

abstractum excludit positive differentias individuales, et est proxime praedicabile de illis. Cum ergo haec abstractu non admittatur, ut revera non admittitur nec fieri potest ab intellectu cum fundamento in re quia intellectus non valet aliter ac ipsis repraesentantur res eas percipere diverso modo intueri ex pro libitu distribuere, etiam non potest admitti comparando natura nec per intellectum ad inferiora ut requiritur et est prae*10*cipuum fundamentum ad universalem logicum completum.

**316. Argues secundo.** Intellectus respiciens naturam in multis existentem potest eam praedicare de multis; sed intellectus respicit naturam humanam in multis <sup>15</sup> a parte existentem, et hoc est totum fundamentum universalitatis logicae; ergo dantur universalem logicum saltem per intellectum cum fundamento in re. Probatur major: juxta commune philosophorum consensum, ab actu ad potentiam valet <sup>20</sup> consequentia: sed actu natura est a parte rei in multis; ergo potest intellectus eam praedicare de multis praedicatione dicente: “hoc est hoc”.

**317. Respondeo**

negando intellectum praedicare naturam aliquam, imo illam  
25 posse praedicare praedicatione dicente “hoc est hoc” de quo-  
libet individuo; nam intellectus dum naturam unam per-  
cipit etiam percipit quod natura inmultiplicata non  
potest multiplicari sicut bis versa natura multipli-  
catur non potest non multiplicari, et haec est ratio  
30 cur natura una indivisa non potest praedicari de  
individuis singillatim praedicatione requisita ad

[p. 173]

universalitatem logicam.

**318. Natura enim universalis**

dum dividitur in multis est tantum per intellectum  
et non secundum suum esse proprium et formale,  
5 quandoquidem sic considerata una et eadem  
unitas formalis correspondet; unde Subtilis Doctor  
in quinto *Metaphysicae* tenet unitatem praeci-  
sionis non esse proprium fundamentum univer-  
salitatis logicae, quia tunc natura sit una per  
10 inexistentiam, et non per simplici indifferen-  
tiam. Taliter etiam intellectus affirmando unita-  
tem numeralem in natura nec sequitur ex ea  
naturam fieri universalem, ad hoc autem debe-  
bat esse objectum primae intentionis cuius mu-  
15nus est naturam praescindere a singularitati-  
bus tam praecisione formali et negativa  
quam quamvis alia praecisione possibilis, quasi  
fundamentum universalitatis.

**319. Replica-**

<sup>20</sup>**bis:** ergo male numerantur quinque Porphyrii universalia. Probatur consequentia: si nullum datur universale logicum nec per intellectum, nulla datur ratio generica, nec differentialis; sed hoc posito quinque universalia male numerantur; ergo ita est. **Respondeo** omissa universalitate logica recte numerantur quinque numerantur universalia nem vel natura convenit individuis utpote ratio generalissima superioris includens omnes et quoscumque,  
<sup>30</sup> et in universale primum Porphyrii; vel natura

[p. 174]

convenit utpote ratio differentialis ratione cuius individua sunt potius unus quam alterius, et sic constituta individua dua, propriam suam et determinatam constituunt speciem;  
<sup>5</sup> ecce secundum; et tertium, sic potest natura convenire individuis etiam ut ratio accidentalis, quae separetur ab ipsis saltem per intellectum, quin eorum esse destruatur, ut dum natura consideratur in statu essentiae.

<sup>10</sup> QUAESTIO NONA.  
AN NATURA SIT COMMUNIS  
PER INEXISTENTIAM AN  
VERO PER SIMPLICEM  
INDIFFERENTIAM?

<sup>15</sup> **320.** Non satis convenient Philosophi inter se in assignanda communitatem natura a parte rei. Scotistae omnes firmiter tenent naturam communem esse a parte rei excepto Poncio qui reliquens doctrinam Subtilis Doctoris hac in parte una cum Thomistis ne-  
<sup>20</sup>gat naturam creatam communem esse absque opere intellectus; ad clariorem autem intelligentiam hujus quae sibi recolere oportet qua dicta fuerunt Quaestione 7° de unitate et distinctione inter notandum. Hic autem notate primo: communitatem  
<sup>25</sup> naturae a nonnullis scotistarum diversis modis intelli-  
gi, aliqui tenent quod una et indivisa entitas<sup>25</sup> natura est in omnibus inferioribus realiter ut non multiplice-  
tur natura nisi ab extrinseco numerice ratione singularitatum, et ita una indivisibilis

[p. 175]

humanitas est in omnibus omnino hominibus.  
Isti enim consequenter substinent naturam crea-  
tam communem esse per inexistentiam, quin ex  
hoc dicendi modo sequatur in naturalibus quod  
<sup>5</sup> solum evenit in ineffabilis Trinitatis misterio,  
ubi una et eadem numero natura reperitur in  
tribus Divinis Personis, quia natura divina est essen-  
tialiter singularis, naturam autem creatam asserunt  
indivisam per principia essentialia, et quamvis  
<sup>10</sup> multiplicetur numerica secundum diversita-

<sup>25</sup> De otra mano *et indivisa entitas* en espacio en blanco dejado por el primer escribiente.

tem differentiarum in quibus esse potest vel competi non tamen multiplicatur essentialiter.

**321. Alii**

per oppositum Subtili Magistro duce in secundo,  
<sup>15</sup> distinctione tertia, quaestione prima, sed contra, ubi expresse naturam ponit communem per simplicem indifferentiam dicente: “in creatis esse aliquid commune unum unitate reali minori unitati numerali et illud quidem non est ita commune quod praedicabile <sup>20</sup> sit de multis, licet ita commune quod non repugnet sibi esse in alio quam in eo in quo est, et infra secundum unitatem propriam natura ut una est indifferens ad unitatem singularem.

**322. Ex hoc er-**

<sup>25</sup>go inferunt secundae opinioni sectatores naturam communem esse per simplicem indifferentiam totque inquiunt stare entitatem naturae quod scit inferiora naturamque multiplicari ex sui intrinsecis non quidem numero sed entitative, taliter <sup>30</sup> ut praedicata quaecumque unius hominis sint

[p. 176]

distincta a praedicati alterius, haec autem entitas naturae ex se non sunt singulares sed unaqua ex sese habet indifferentiam logicam cum his; ergo.

<sup>5</sup> **323. Dicimus** naturam communem esse per

simplicem indifferentia. Probatur conclusio: [si] natura esset communis per nonexistentiam una et eadem natura essentialiter esset in omnibus hominibus, sed ex hoc quam plurimus sequuntur absurdia: ergo natura non <sup>10</sup> est communis per nonexistentiam. Probatur major: si natura esset communis per nonexistentiam, natura existens in Petro existeret etiam in Paulo; sed ex hoc sequitur etiam eamdemque naturam essentialiter in omnibus hominibus: ergo si natura sit communis per <sup>15</sup> nonexistentiam, eadem natura essentialiter est in omnibus. Probatur minor principalis: si una eademque natura est in omnibus hominibus sequitur in primis non esset plures homines, aliunde virtus creativa Dei absolute destruitur, denique una et eadem humani- <sup>20</sup> tas esset simul in Caelo et in Inferno: ergo plura sequuntur absurdia si natura communis est per nonexistentiam.

**324.** Antecedens probatur per partes: ad hoc dentur plures homines praecise requiritur <sup>25</sup> quod dentur concreta distincta essentialiter ex natura et singularitate, sed stante communitate naturae per nonexistentiam non possunt dari concreta distincta essentialiter ex natura et singularitate: ergo si natura una est eadem essentia- <sup>30</sup> liter est in omnibus hominibus, non dantur plures

[p. 177]

homines, sed unus tantum. Hoc amplius clarescat ex eo quod natura divina sit una et eadem in tri-

bus Divinis Personis, et non dantur tres dii sed unus tantum.

<sup>5</sup> **325.** Unde probatur antecedens quoad secundam partem: creatio est productio rei ex nihilo tam sui quam subjecti (et haec virtus li Deo convenit quin nullum agens creatum potest creare), sed haec virtus destruitur si natura [una] et eadem essentialiter est in omnibus hominibus; ergo est ita. Probatur minor: si natura una et eadem est omnibus hominibus dum Deus produceret hominem aliquem per creationem, illum non produceret ex nihilo, quia natura ipsius jam erat existens in aliis hominibus; sed hoc posito destruitur virtus creativa Dei quatenus homo ille non fieret ex nihilo absolute. Ergo.

**326.** Per quod tertiam partem:  
si una et eadem natura est in omnibus hominibus, natura Divi Petro esset una et<sup>26</sup>

<sup>20</sup> eadem essentialiter cum natura Christi Domini et amba essent cum natura Judae; sed ex his Christi Domini natura est in Caelis, Judae autem in Inferno; ergo si una et eadem natura est in omnibus hominibus, simul eo semel esse in Caelo et in Inferno.

<sup>25</sup> Denique si Deus aniquilaret aliquem hominem totaliter universam naturam aniquilaret et in destructione unius hominis totum genus humanum periret.

**327.** Nec valet dicere naturam divina una esse esentialiter singularem; et ideo non constituere plu-

<sup>26</sup> Siguen varias palabras tachadas que corresponden a una frase posterior.

[p. 178]

re Deos, sed unum tantum, quia tantum extrinseca  
et absque sui multiplicatione extrinseca pluribus  
afficit personalitatibus natura vero creata licet sit  
formaliter et entitative una numerice tantum  
5 multiplicatur, et sic et impossibili est novae creaturae  
productio per creationem, quatenus Deus potest pro-  
ducere novam singularitatem, cui afficiat natura  
creata: enim vero vel dum Deus producit singulari-  
tatem per creationem intrinsece et essentialiter mul-  
10 tiplicatur natura vel tantum extrinsece; si primum, ha-  
bemus interius et natura non fit communis per inex-  
istentiam, quia tunc datur in ipsa singularitate pro-  
ducta nova entitas naturae quae antea non fuerat;  
si secundum, natura tantum extrinsece terminat plu-  
15 res singularitates quod etiam evenit in misterio Sanc-  
tissimae Trinitatis, et hoc non sufficit ut verificetur  
productio<sup>27</sup> entitatis per  
creationem, quia ad concretum substantiale non suffi-  
cit productio singularitatis absque natura.

#### 20 Solvuntur argumenta

**328. Argues primo.** Si natura multiplicaretur intrinsece et  
essentialiter, totque essent entitates naturae, quod singula-  
ritates; sed hoc repugnat; ergo natura non multipli-  
tur, seu fit communis per simplicem indifferentiam,  
25 sed per inexistentiam. Probatur minor: si natura in individu-  
is multiplicatur essentialiter, unaquaque natura indivi-

<sup>27</sup> Siguen tres palabras tachadas: *singularitatis absque natura*.

duatur realiter distingueretur; sed stante reali distinctione natura non fit communis: ergo si tot sunt naturae quo individua natura non est communis.  
<sup>30</sup> Probatur minor: stante reali distinctione unaquaque natura est singularis; sed singulaaria non sunt com-

[p. 179]

munia: ergo posita reali distinctione inter naturas, natura non est communis.

**329. Respondeo:** naturam multiplicari essentialiter secundum multiplicationem ex in statu seu differentiarum quibus contrahitur natura ad esse potius istius quam alterius: distinguitur utique naturae non distinctione reali positiva sed tantum distinctione reali negativa, quatenus non sunt idem naturae ex sese consideratae, et prout abstractae a singularibus in quibus insunt; ad hoc ut naturae esset singulari possitive debebat propriam existentiam habere a parte rei etiam a singularitatibus substractam, nam distinctio realis positiva solum datur inter rem et rem, quarum existentia est completa independenter a quocumque alio.

**330.** Non ita evenit in natura et in alio quocumque metaphysico praedicato, quae cum ratione sui nullam habeant existentiam completeam, non possunt esse extrema realis positivae distinctionis. Dicendum ergo est quod licet natura

essentialiter multiplicetur in individuis taliter ut  
natura unius individui non sit entitative natura alterius,  
non distinguuntur ambae naturae distinctione reali posi-  
<sup>25</sup>tiva, sed tantum actu et formaliter; alias numquam  
posset verificari virtus creativa, et aniquilativa Dei,  
nam de ratione aniquilationis est ut res simpliciter et  
totaliter desinat esse, non vero ut est hujus vel alterius,  
quia si Deus transferret humanitatem Pauli in Pe-  
<sup>30</sup>trum, dici possit ipsam Deum aniquilare, quia licet  
in se non desinat esse, desinet tamen esse illius cuius

[p. 180]

antea erat.

**331. Instabis:** duae illae naturae sunt positive  
idem: ergo illae duae naturae positive distinguuntur. Probatur con-  
sequantia: duae illae naturae vel sunt positive quid idem,  
<sup>5</sup> vel positive distinguuntur, nullum enim datur me-  
dium; sed non sunt quid idem ut supponitur: ergo po-  
sitive distinguuntur: nam Petrus positive a parte rei  
non est Paulus: ergo natura Petri positive a parte rei  
distinguitur a natura Pauli.

<sup>10</sup> **332. Respondeo:** Petrum a parte rei  
non solum importare naturam sed etiam singularitatem, ra-  
tione cuius natura individuatur, et sic considerata ra-  
tione singularitatis realiter positive distinguitur, nam  
totum Paulus proprium habet esse distinctum et com-

<sup>15</sup>pletum ab esse Petri; uterque enim existit a parte<sup>28</sup>  
rei existentia completa et adaequata. Si  
autem natura consideretur praecisa a singularitatibus,  
et in suo esse essentiali dicente ordinem ad  
Petrum et ad Paulum, incapax esset distinctionis realis  
<sup>20</sup>positivae: unde propositiones illae non sunt contradictioniae quia non est affirmatio vel negatio ejusdem de eodem et secundum idem.

**333. Argues secundo:** natura humana quae est in Petro a parte rei est singularis, sed quod est  
<sup>25</sup>singulare caret divisione: ergo natura humana a parte rei non est communis per indifferentiam, sed per inexistentiam. Major constat: nam juxta Philosopho quinto *Metaphysicae* singularitas est non distinctio. Probatur minor: si natura Petri non esset singularis, Petrus  
<sup>30</sup>esset Paulus et viceversa, et ita non darentur plures homines sed unus tantum. Ergo natura Petris a

[p. 181]

parte rei caret divisione utpote singularis.  
Deinde Petrus et Paulus non differunt in natura, nec in praedicatis esentialibus; ergo vel namque Petri a una et eadem cum natura Pauli vel natura a parte rei  
<sup>5</sup>non est communis per indifferentiam sed per inexistentiam.

**334. Respondeo:** argumentum tum probare identitatem ex simi-

<sup>28</sup> Repite *a parte*.

litudine naturae; tamen animadvertisendum est discrimen magnum, quod intercedit inter distincta, divisa, diversa, differentia et opposita, quae omnia ut concreta aliud dicunt de materiali, et aliud de formalis: de materiali dicunt res, quae distinctae, diversae et differentes dicuntur; de formalis rationem illam quae denominantur tales. Distincta dicuntur ea, quae habent negationem sui invicem vel realiter, si distinctio est realis, vel formaliter si distinctio formalis est. Diversa ultra negationem sui dicunt etiam negationem conjunctionis, et ideo corpus et anima in homine vivente dicuntur distincta, non vero diversa.

**335.** Differentia ultra negationem sui dicunt dissimilitudinem in natura aut in realitate; ex quo Petrum et Paulum dicuntur distincti et diversi non vero differentes nisi in singularitate; frequenter pro eodem usurpantur diversum et distinctum, sed dupliciter possunt esse, si in aliquo convenienter dicuntur secundo diversa ut sunt corpus et anima, quae convenienter in ratione substantiae; si in nullo convenienter, dicuntur primo diversa, ut Deus et creatura. Opposita denique dicuntur ea quae mutuo se excludunt secundum oppositionem, ut vedere est dum egimus de propositionum

[p. 182]

oppositione: unde similitudinis unio inter plura non potest fundare communitatatem realem naturae,

nisi a parte rei aliqua naturae concedatur com-  
munitas in qua talis similitudo fundetur, nam  
⁵ si aliqua sunt similia in alico debent convenire,  
ut vult Philosophus Quinto *Metaphysicae*.

**336. Sic**

enim Petrus et Paulus a parte rei habent eamdem  
naturam quatenus in utroque, sicut et in aliis individu-  
¹⁰ is natura est ejusdem rationis et constituitur per ea-  
dem praedicata, estque communis per indifferentiam ut-  
pote natura existens in Petro potest existere in  
Paulo et aliis naturae individuis: haec autem, natura quae  
indifferens est dupli modo potest considerari, videli-  
¹⁵ cet formaliter seu nominaliter, et ita tantum im-  
portat puram essentiam extrahendo ab omni differ-  
entia existente loco et tempore; secundo modo  
consideratur materialiter seu participaliter, et  
ita importat existentiam, id est, entitatem determina-  
²⁰ tam non solum quoad singularitatem, sed etiam locum,  
et tempus, quia non potest esse substantia existens  
quin sit loco et tempore.

**337. Dum dicimus naturam unam**

et eamdem entitatem communem esse in omnibus indivi-  
²⁵ duis ejusdem speciei, non est intelligendum de entitate  
naturae individuato existentisque loco et tempore,  
sic enim verum est nihil entitatis natura quae est in  
Petro reperiri in Paulo simul sive adaequate si-  
ve inadaequate, individua enim omnia sunt divi-  
³ sa: at si natura primo modo consideretur una et eadem  
entitas communis est in Petro et in Paulo quia

[p. 183]

una formalis est utriusque essentiae. Evidem natura dicit puram essentiam nullam involuit determinationem nec individuationis, nec temporis: unde ad versariorum allucinatio inde oritur quod non concipiunt aliquam unitatem nec indivisionem a parte rei quae non sit entitativa, seu per inexistentiam, sed tantum per indifferentiam.

**338. Instabis:** illae duae naturae a parte rei sunt positivae distinctae; ergo versatur in eas distinctio realis positiva. Probatur antecedens: positive, Petrus non est Paulus, sed Petrus positive propriam involuit naturam; pariterque Paulus; ergo positive natura illa a parte rei sunt distinctae.

<sup>15</sup> **339. Respondeo:** naturas esse positive distinctas non in proprio sensu, sed in significatione lata nemque quatenus non sunt pure negationes, sed formalitates a parte rei existentes, et hoc sufficit ut in eas fundetur distinctio formalis, quia unaquaque formandus est conceptus <sup>20</sup> objectivus perfectus et completus non includens conceptum objectivum alterius formalitatis, et hoc modo unaquaque formalitas sortitur rationem rei, non ita absolute ut sint positive membra distinctionis realis positive, quia haec datur inter rem et rem pro- <sup>25</sup>priam existentiam habentibus.

**340. Argues 3°:** singulartitas Petri, v. g. ex se est indifferens; sed haec indif-

ferentia non sufficit ut sit communis. Ergo nec sufficit indifferencia naturae. Probatur major: singularitas Petri  
<sup>30</sup> potest hanc vel illam naturam contrahere; sed eo ipso singularitas est indifferens. Ergo est. Probatur major: singularitas Petri ex se non exigit determinatam naturam;

[p. 184]

sed deficiente determinata existentia, determinatae naturae potest singularitas Petri hanc vel illam naturam contrahere. Ergo.

**341. Respondeo** negando majorem et partem, quia indifferentia dupliciter sumi potest, active nempe et passive: indifferentia activa dicitur illa quae ratio communis determinatur ad esse potius individui istius quam alterius, sic singularitas Petri licet est indifferens ad hanc vel illam naturam numero <sup>10</sup> contrahendam; haec indifferentia est tantum activa quantum singularitas est ratio qua contrahitur natura, et haec unquam praebet fundamentum universalitatis, quia ratione activae indifferentiae minime patitur divisionem naturae vero quae contrahitur <sup>15</sup> a singularitate cum passive divisibilis sit et multiplicabilis praecipuum fundamentum universalitatis praebet ut si communis per indifferientiam, nam etiam si in concreto consideretur quantum contracta singularitate determinatae; adhuc <sup>20</sup> ex sese est indifferens ad esse in alio individuo, estque natura ratio communis pluribus, singularitas vero est id per quod natura contrahitur.

QUAESTIO DECIMA.

UTRUM ADMITTENDA SIT DISTINCTIO FOR-  
<sup>25</sup>MALIS REALIS SCOTICA INTER GRADOS  
SUPERIORES ET INFERIORES EJUSDEM  
INDIVIDUI CREATI NECNON IN-  
TER ESSENTIAM ET SINGULA-  
RITATEM?

<sup>30</sup> **342.** Celeberrima aggredimur disputationem meta-  
physicis propriam logicis perutilem scholeque  
scotistarum, caracteristicam distincionem re-

[p. 185]

alis formalis, quae utpote inventa primo a Sub-  
tili Mariano Doctore Joannes Duns Scoto, dis-  
tinctio scotica dicitur, est totum fundamentum  
disputationis; sed prius sciatis oportet quid iden-  
titas et distinctio, quid res realitas seu formalitas  
ad cuius intelligentiam scitote quod in qualibet vi-  
venti, v.g. in homine, dantur gradus substantiae,  
corporis, viventis, animalis, rationalis, ac tan-  
dem singularitatis talia et hujusmodi metaphysica praedica-  
<sup>10</sup>tae.

**343.** Res in praesenti non sumitur pro quocumque ente  
quod existit vel possit existere independenter a conside-  
ratione intellectus, sed tantum pro ente metaphysi-  
co completo et in linea metaphysica ulterius inor-  
<sup>15</sup>dinabile, qualia sunt omnia quae possint termi-  
nare productione et existere separata. Reali-

tas seu formalitas est **ratio objectiva conceptibilis in re conceptu perfecto et adaequato distincto a conceptu quo concipitur alia formalitas ejusdem rei;** quia de ratione formalitas est quod sit ratio metaphysice completa et quod possit ex se percipi conceptu perfecto distincto a conceptu, quo concipitur alia ratio objectiva ejusdem rei.

<sup>25</sup> **344.** Identitas totuplex est quotuplex ens, et sic alia est identitas realis et alia rationis, haec communiter describitur quae effingitur ab intellectu ex natura rei inter extrema distincta ut quae datur inter Petrum et Paulum; identitas <sup>30</sup> realis est unitas quae datur inter extrema quae sunt eadem. Haec est duplex, alia realis stricta

[p. 186]

et alia realis formalis: realis stricta est **unitas illa quae datur inter praedicata ejusdem rei singularis quae sint inseparabilia actualiter.** Identitas formalis est **illa indistinctio quae datur inter ratioens objectibiles ejusdem rei.**

**345.** Sed quia opposita juxta se posita magis eluscent, magisque clarescit identitas ex notitia distinctionis (hic advertite quae tradimus discrimina inter distincta, <sup>10</sup> divisa, diversa, differentia et opposita). Distinctio ergo **est non identitas inter extrema**, quo in sensu

dicitur unum ab alio distinctum cum quo<sup>29</sup> non est idem; est duplex distinctio, alia realis et alia rationis: haec est **qua effingitur ab intellectu inter extrema omnino**  
**15 eadem.** Distinctio realis est **non identitas quae datur inter extrema diversa antevertent considerationem intellectus:** haec si detur inter rem et rem, dicitur realis stricta, et etiam si datur inter rem et modum alterius rei, si vero versa-  
**20 tur inter formalitates dicitur realis formalis,** realis quia non effingitur ab intellectu, formalis denominatione sumpta a formalitatibus, quia distinguit.

**346.** Datur etiam distinctio media quia  
**25** est minor distinctione reali, et major distinctione rationis, haec effingitur ab intellectu, illa vero datur revera inter praedicata metaphysica com-

[p. 187]

pleta ejusdem rei ante opus intellectus, quandoque etiam dicitur distinctio rationis, non quia dependet in esse fieri ab intellectum sed quia datur inter praedicata metaphysica ejusdem rei singularis, et non  
**5** se habet sicut distinctio realis stricta ad distinguenda membra inter quae versatur. His notatis.

**347. Sit conclusio:** datur rei ipsa distinctio realis for-

<sup>29</sup> De otra mano: *distinctum cum quo* en espacio en blanco del primer escribiente.

malis scotica inter praedicata metaphysica ejusdem  
⁹ rei necnon inter essentiam et singularitatem. Est sco-  
tistarum; probatur primo conclusio: inter praedica-  
ta metaphysica ejusdem rei singularis debet dari  
aliqua distinctio; sed non distinctio realis stricta  
nec distinctio rationis: ergo praecise distinctio realis  
¹⁵ formalis. Major non indiget probatione, nam si nu-  
lla daretur distinctio una et eadem res esset ratio  
conveniendi, et simul ratio disconveniendi: homo  
a parte rei est animal sicut equus a parte rei rei est ani-  
mal, et homo a parte rei est rationalis, equus vero  
²⁰ minime; igitur inter praedicata metaphysica  
debet dari aliqua distinctio.

**348.** Probatur minor per  
partes: omnis distinctio realis stricta debet dari  
inter rem et rem completam et ulterius inordi-  
²⁵ nabile vel inter rem completam<sup>30</sup>  
et modum rei,  
sed praedicata metaphysica ejusdem rei singularis non  
sunt res, nec sunt res et modus rei;  
ergo distinctio realis stricta non potest dari

[p. 188]

inter praedicata metaphysica ejusdem rei singularis<sup>31</sup>.  
Major non solum ab sco-  
tistis admittitur, sed etiam ab omnibus philoso-

<sup>30</sup> Siguen tres palabras tachadas y repite *vel inter rem completam*.

<sup>31</sup> Sigue una línea y media tachada.

phis, utpote certo certa habetur. Minor probatur: res et res dicuntur ea quae propria gaudent existentia, sed praedicata metaphysica ejusdem rei singularis separata nullam gaudent existentia: ergo non sunt res et res. Aliunde non sunt [res] et modus, quia licet modus per se non possit existere, res tamen cuius est modus potest sine illo existere; si rationalitas hominis prout praedicatum metaphysicum ipsius nequit existere ubique animalitate, et viceversa: ergo praedicata metaphysica non sunt sicut res et modulus rei.

**349.** Probatur secundo eadem pars conclusio: distinctio virtualis non sufficit ad distinguenda praedicata metaphysica ejusdem rei singularis: ergo distinguuntur distinctione reali formali. Probatur antecedens: praedicata metaphysica actualiter distinguuntur; sed ad actualem distinctionem praedicatorum non est sufficiens virtualis distinctio, ergo non sufficit. Probatur major: actualiter praedicata metaphysica mutuo se excludunt secundum quod sint principia diversa operationis; sed diversa principia nequeunt esse quin distinguantur actualiter. Ergo actualiter distinguuntur. Probatur etiam minor principalis; distinctio virtualis tantum praesupponit virtutem distinctionis; sed capacitatem minime vero actualem distinctionem,

[p. 189]

praedicata enim metaphysica actualiter et ante  
operationem intellectus revera distinguuntur:  
ergo distinctio virtualis non sufficit ad distinguenda  
praedicata metaphysica ejusdem rei singularis.

<sup>5</sup> Probatur tertio eadem: Thomistae objective praecindunt  
animalitatem a rationalitate in homine; sed  
nequit dari objectiva praecisio animalitatem  
inter et rationalitatem, quin actualiter distinguun-  
tur. Ergo etiam rationibus Thomistarum potest  
<sup>10</sup> suaderi distinctio realis formalis. Probatur minor: prae-  
cisio nihil aliud est quam unum cognoscere alio non  
cognito, si sit praecisio intellectualis, si vero praecisio  
sit vocalis est dicere aliquid de aliquo, tacito quo-  
que alio attributo actus intellectus cognoscentis unum  
<sup>15</sup> sine alio dicitur praecisio formalis, res autem  
ita cognita dicitur praecisio objectiva; sed ne-  
quit intellectus unum cognoscere sine alio, sive  
alio non cognito, quin distinguuntur; ergo ne-  
quit dari praecisio objectiva metaphysica inter  
<sup>20</sup> praedicata cuius vis rei singularis quin  
detur distinctio realis formalis.

**350.** Probatur secunda pars  
conclusionis: natura distinguitur ab eo quod non inclu-  
ditur in quo conceptu formali; sed singulari-  
<sup>25</sup>tas individualis non includitur in conceptu forma-  
li; ergo a singularitate distinguitur essentia sive  
natura. Probatur minor: si essentia includeret in suo concep-  
tu formali singularitatem non posset concipi  
ut universalis, sed concipitur de facto ut quaestio-

<sup>30</sup>ne antecedenti ostensum est; ergo non includit essentiae singularitatem.

[p. 190]

### **Argumenta Solvuntur**

**351. Argues primo:** distinctio totuplex est quotuplex est ens; sed nullum datur ens, quod non sit reale vel rationis.

Ergo contra primam conclusionis paratem. Probatur minor: omne ens vel existit a parte rei, vel per opus intellectus; sed si primum ens est reale, si secundum ens  
<sup>5</sup> est rationis: ergo nullum datur ens quod non sit reale vel rationis; subsumo nunc: si ea membra inter quae versatur distinctio realis formalis, nec sunt entia realia nec rationis: ergo inter ea nulla versatur distinctio.

**10 352. Respondeo:** duplex est distinctio realis, sicut duplicita sunt entia realia: alia sunt entia realia absolute, quorum unumquodque propria existentia existit, et independenter a quocumque alio; alia sunt entia realia formalia, quorum existentia licet sit  
<sup>15</sup> ante operationem intellectus non est ita completa, ut possit unumquodque existere independenter ab alio, haec est existentia propria praedicatorum metaphysicae constituendum quamlibet rem singularem quae quidem praedicata licet in se non sint res completae  
<sup>20</sup> sunt realitates rei, quae optime distinguuntur ante operationem intellectus non est rationalitas, nec rationalitas est animalitas.

**353.** Distinguuntur enim realiter quatenus distinctio, quae versatur inter ea non effingitur ab intellectu, nec extrema sunt omnino eadem: nam quilibet gradus metaphysicus vere et proprie dicitur ens respiciens tantummodo exis-

[p. 191]

tentiam vel potentiam ad existendum praescindendo ab eo quod existentia sit dependens vel independens; par illi ergo modo distinctio medians ea inter praedicata metaphysica dicitur realis quatenus non est opere intellectus praescindendo ab eo quod sit realis stricta, utpote distinguens praedicata metaphysica completa et ultra inordinabilia, et tantummodo realitates rei.

**354. [Bis]<sup>32</sup> instabis:** vel gradus superiores et inferiores ejusdem individui creati sunt aliquid vel sunt nihil; si aliquid reali distinctione distinguuntur, si nihil praecise debent distingui distinctio rationis; ergo nulla est distinctio media, quae possit versari inter praedicata metaphysica ejusdem individui creati. Major est evidens quia nullum datur medium inter aliquid et nihil minor ex ipsis terminis colligitur; secundo distinctio realis formalis vel nulla est vel major distinctione realis stricta; equidem magis distinguuntur ea quae intimiora sunt, quam ea quae talia non sunt; sed praedicata metaphysica

<sup>32</sup> Original *ter*, evidente error del escribiente.

intimiora sunt quam praedicata materialia: igitur distinctio formalis major debet esse distinctio reali stricta.

**355. Tertio et denique instabis:** si

<sup>25</sup> animalitas v. g. extra rationalitate habaret aliquod esse a parte rei existeret extra illam; sed neutra ex his existit independenter a parte rei; igitur reali distinctione nequeunt distingui sed praecise distinctione ratione

<sup>30</sup> frustra, enim astrinxunt distinctionem medium

[p. 192]

inter realem et rationis.

**356. Respondeo ad primum** dupli-

modo potest esse aliquid, res et existens, vel immediate, et ratione sui, et in recto, vel mediate et ratione

<sup>5</sup> alterius, et in obliquo: quod est aliquid immediate ratione sui et in recto a quocumque alio secerni-

tur, existitque a parte rei independenter, et distinguuntur distinctione reali stricta; at ea

quae sunt aliquid ratione alterius, et in obliquo

<sup>10</sup> non separantur nec existunt independenter, et hae distinguuntur distinctione reali forma-

li quatenus unaquaque formalitas proprio

conceptu formalis concipitur distinctio a concepto alterius formalitatis, nonsunt aliquid et aliquid,

<sup>15</sup> sed sunt aliquitates.

**357. Ad secundum:** distinctio formalis dicitur media quia non attingitur ab intellectu ut distinctio rationis nec versatur inter extrema, quae esse completum physicum habeant a <sup>20</sup> parte rei, admittitque secundum omnem identitatem propter formalem; distinctio enim major dicitur generica, minor vero numerata, igitur media formalis. Ad tertiam denique distinctio formalis versatur inter animalitatem quin <sup>25</sup> ex hoc sequatur praedictas formalitates habere aliquod esse a parte rei independenter; nam si hoc ita esse distinguuntur distinctione reali stricta. Falsum enim est quod nullum datur medium inter aliquid et nihil.

<sup>30</sup> **358. Argues secundo:** sicut homo convenit cum equo a parte rei per animali-

[p. 193]

tatem et differt ab equo per rationalitatem; ita Petrus convenit cum Paulo per singularitatem et differt a Paulo per petreitatem, sed petreitas a singularitate Petri non distinguitur realiter <sup>5</sup> formaliter; ergo nec animalitas hominis a rationalitate. Probatur major: sicut animalitas hominis et animalitas equi non una generice animalitas, sic etiam singularitas Petri et Pauli singularitas est una generice singularitas. Ergo sicut <sup>10</sup> convenit homo cum equo per animalitatem, et differt ab equo per rationalitatem, ita con-

venit Petrum cum Paulo per singularitatem, et differt a Paulo per petreitatem.

**359. Probatur minor**

<sup>15</sup> principalis: nulla datur contradictio inter singularitatem Petri et petreitatem, licet sit ratio convenientiae et disconvenientiae, sicut est ratio animalitatis et rationalitatis: ergo singularitas Petri a petreitatem formaliter ex natura rei non distinguuntur. Probatur antecedens: singularitas Petri, et petreitas sunt ultimum complementum quo Petrus constituitur in esse suo proprio et singulari; sed in esse singulari Petri et singularitatem nulla datur contradictio: ergo inter <sup>25</sup> singularitatem Petri et petreitatem nulla datur contradictio.

**360. Respondeo.** Magna fuit differentia inter et convenientiam Petri cum Paulo ratione singularitatis, et per petreitatem differentiam et inter convenientiam, quae datur in ho-

[p. 194]

minem et equum rationi animalitatis, et differentiam ratione rationalitatis. Prima enim convenientia seu appellat supra rationem tantum, et sic licet sit unum tantum extremum convenientiae <sup>5</sup> intellectus effingit plena disconvenientia extrema: secunda convenientia nempe hominis cum equo appellat supra esse formale, et quam-

vis non exigat extrema realia distincta, ex-  
igit tamen conceptus seu formalitates, qua-  
<sup>10</sup>rum quaelibet ita sit concepta ut non includat  
in suo conceptu formalitatem aliam ejusdem  
rei.

**361.** Ad clariorem solutionis intelligentiam  
scire oportet quod animalitas in suo quidditativo concep-  
<sup>15</sup>tu perfecte et complete importat principium vitale, quod  
convenit homini et equo, si in hominibus concipia-  
tur praecisum a vita rationali ratione cuius conve-  
nit homo cum Angelis, et etiam a vita vegetativa  
per quod principium convenit homo cum plantis,  
<sup>20</sup> ex quo triplex vita datur in homine.

**362.** Conceptus vero  
petreitatis, v.g. utpote ultima differentia ultimumque  
complementum includit in se singularitatem, unde  
licet Petrus et Paulus ratione singularitatis con-  
<sup>25</sup>veniant, quod explicatum, differunt seu distinguun-  
tur quoad implicitum; siquidem petricitas ratione  
ultimae differentiae determinat naturam ad esse potius Pe-  
tri quam Pauli, et sic de aliis ultimis differentiis  
et singularitatibus.

<sup>30</sup> **363. Argues 3°:** distinctio forma-  
lis scotica vel non datur vel coincidet cum distinctione  
Gilberti Porretani; sed si secundum, dammata fuit  
in Concilio Remensi, si primum non datur distinctio

[p. 195]

scotica; ergo non datur. Probatur major: distinctio vel est realis, vel est rationis, si primum coincidit cum distinctione Gilberti Porretano, si secundum non datur distinctio realis formalis: ergo vel in Concilio

<sup>5</sup> Remensi dammata fuit opinio Gilberti asserentis divinitatem inter et personarum Trinitatem dari distinctionem realem formalem, quae in nihilo diversa erat a distinctione scotica, quatenus divinitas concipiatur perfecto et adaequato quin concipi-  
<sup>10</sup>untur personalitates.

**364. Respondeo.** Cajetanus, cuius est argumentum, semper malo censuit de schola scotistarum, et figmenta aliorum ut propria scotistarum refert: Gilbertus enim in Concilio Remensi non <sup>15</sup> fuit dammatus ob distinctionem realem formalem quam minime attingit nec dari inter divinitatem et personarum Trinitatem unquam censuit, sed dammata fuit ejus opinio, quia asserbat dari distinctionem realem strictam inter personas et essentiam <sup>20</sup> divinam: quae distinctio realis stricta cum exigat separationem vel saltem potentiam separationis membra, inter quae datur, minime potest astruere inter essentiam divinam et personam, quia unaquaque secum affert eamdem divinitatem eandemque <sup>25</sup> essentiam; haec doctrina confirmatur ex Divo Bonaventura et ex Divo Thoma.

**365. Distinctio**  
vero realis formalis, quae minime exigit separa-

tionem membrorum inter quae datur, sed praedicata  
<sup>30</sup> metaphysica nullatenus possunt separari; ergo dis-

[p. 196]

tinctio quae inter ex versatur non est distinctio realis.  
Probatur major: inter extrema omnino eadem nulla po-  
test dari distinctio, sed ea quae sunt inseparabilia  
sunt omnino eadem; ergo si inter ea datur distinc-  
<sup>5</sup> tio realis debent extremos separari. **Respondeo** du-  
plex est separabilis, alia actualis, quae praecise requi-  
ritur ad distinctionem realem strictam, nam divisa  
dicunt ea quae ultra negationem sui invicem  
dicunt etiam separationem; alia divisibilitas pro-  
<sup>10</sup> portionalis quae unice consistit in eo quod extremum  
unum distinctionis conceptu perfecto et adaequato con-  
cipiatur distinctio a conceptu quo concipitur ejus-  
dem distinctionis extremum aliud, talis sunt extre-  
ma distinctionis realis formalis, ideoque non exigit  
<sup>15</sup> separationem actualem membrorum inter quae versatur.

**366. Argues primo** contra secundam conclusionis partem [...]<sup>33</sup>

[p. 197]

**367. Respondeo** negando natura non posse concipi absque singularitate  
realis non esse universalis, equidem juxta thomistas ip-

<sup>33</sup> Sigue media página en blanco, seguramente para desarrollar la objeción.

sos natura concipitur una per actum abstractionis a singularibus praecisa, estque natura ita concepta abs-  
5 que petreitate et paulitate, quae sunt ultimae differentiae quarum ratione natura redditur ultimo complete existens in esse physico. Nec valet dicere quod natura considerata absque petreitate distinguitur a natura Pauli, quia quae distinguuntur intra eandem spe-  
10 ciem solum numerice distinguuntur, qua distinctio oritur a natura quae est in omnibus, sed a singularitatibus quibus identificatur.

**368.** Sic enim quamvis  
natura Petri petreitate juxta dicat aleitatem distinc-  
15 tam ab aleitate Pauli, non est aleitas orta ex natura, sed ex Paulitate: unde eaque sunt distincta in tertio sunt etiam distincta inter se, modo quo sunt distincta ratione singularitatum, nempe numerice: eodem igitur modo sunt distincta inter se.

**20 369. Argues secundo**  
contra eandem et replicabis: illud quod dicit repugnantiam cum alio, cumque alterum non dicit non distingui-  
tur ratione differentiae, sed ratione sui; sed natura Petri dicit repugnantiam cum Paulitate cum qua  
25 non dicit repugnantia natura Pauli: ergo natura Petri distinguitur a natura Pauli secundum suum esse. Pro-  
batur major: quae mutuo se excludunt ratione sui dicunt repugnantia, sed natura Petri et natura Pauli mutuo se excludunt, taliter ut una possit exis-  
30 tre alia non existente; ergo illa quae dicunt repugnantiam cum aliorum quo alia non dicunt ratio-  
ni distinguntur.

[p. 198]

**370. Respondeo** naturam non dicere ex se repugnantia singularitatibus, quia indifferens est ex suo esse ad hoc ut per illam vel aliam singularitatem determinatur ad individuum istud potius quam ad aliud, et quamvis ex se dicat separationem a singularitatibus, et ex nostra sententia inferatur ex separatione distinctio realis stricta, quatenus eaque separantur realiter distinguuntur, non tamen omnia separabilitas arguit distinctionem realem sed tantum separabilitas physica, quae talis est conditionis ut ea quae separantur possint existere ex separata: cum autem separabilitas quam dicit natura sit tantum metaphysica et propriori ad singularitatem; inde quod non arguit distinctionem realem strictam. Natura humana utique contracta singularitate determinata dicit utique repugnantiam alteri singularitati non ratione naturae, sed ratione singularitatis, quoad prius determinatur; quia cum qualibet singularitatis ex contractione naturae constituat individuum determinatum, duplex singularitas, duplex individualium, unica numero natura debebant constitutre. Nec valet dicere quod natura quatenus est haec numero natura non potest esse illa numero, et sic non ratione singularitatis sed ratione natura, natura distinguitur; non valet in quam, quia quamvis pro nomen “haec” efficiat naturam propriori ad singularitatem, hoc est tantum signate nempe quatenus designat naturam et non quatenus constituit individuum; et tunc nomen “haec” efficit naturam exercite jam constituit individuum, et tunc non ratione pronominis sed ratione singularitatis efficit unum

indistinctum in se et distinctum a quolibet alio;

[p. 199]

id ipsum debent Thomista admittere sola admissa  
distinctione rationis.

DISPUTATIO SECUNDA  
DE PERTINENTIBUS AD SECUNDAM  
<sup>5</sup> MENTIS OPERATIONEM

**371.** Pro comperto est apud Philosophos judicia aequivalere propositionibus, et propositionem judiciis; cum ergo secunda mentis operatio sit judicium sive propositio oportet hic aliquid de propositionibus dicere. Nulla enim datur <sup>10</sup> propositio, quae non sit necessaria vel contingens, possibilis vel impossibilis. Hic tantum agimus de propositionibus contingentibus, sed de materia contingentia; quarum triplex est species: alia enim est propositio contingens praeterita ut ista: “Adamus peccavit”, alia <sup>15</sup> est propositio contingens praesens, ut ista: “Ego loquor”, alia denique est propositio contingens futura, ut ista: “Antichristus peccabit”; proposicio praeterita contingens semel vera nec utiquam potest in falsam abire, propositio autem praesens contingens, et pro-<sup>20</sup>positio futura contingens possunt veritatem relinquare et adquirere falsitatem, de his ergo est in praesenti nobis sermo pro quo sit

QUAESTIO PRIMA.

UTRUM PROPOSITIO CONTINGENS

<sup>25</sup> QUAE DE PRAESENTI VERA EST POS-

SIT MUTARI IN FALSAM

VEL ECONTRA?

**372.** Loquimur hic de propositionibus, quae  
quia in materia contingenti potuerunt esse verae in

[p. 200]

illomet instanti in quo sunt falsae, vel potuerunt esse  
falsae in illomet instanti in quo sunt verae. Sed quia  
ex his propositionibus aliae sunt intuitivae, quae  
necessario a praesentia objecti ut est in se quo deficiente  
<sup>5</sup> ipsa quoque propositio deficit; aliae sunt deter-  
minatum tempus consignificantes, ut ista:  
“Petrus studet hora integra”, quae propositio  
tota ruit deficiente minima parte horae studii  
Petri. Aliae denique sunt propositiones indeter-  
<sup>10</sup>minatum tempus consignificantes, quae ideo  
abstractivae dicuntur.

**373.** Ex his tantummodo proce-  
dit quaestio, sed quia judicium in mente retinetur et<sup>34</sup> dicitur  
judicium mentale, vel ore profertur, et vocale di-  
<sup>15</sup>citur vel denique litteris mandatur, et<sup>35</sup> scriptum  
appellatur; pariti ergo modo de propositionibus

<sup>34</sup> Esta palabra está entre líneas, de otra pluma, tal vez de otra mano.

<sup>35</sup> Esta palabra está entre líneas, de otra pluma, tal vez de otra mano.

dicendum est: de propositionibus abstractivis mentalibus, quae per plura instantia temporis possunt sistere in intellectu est nobis sermo. Pro quo

**<sup>20</sup> 374. Sit conclusio.**

Propositio mentalis de materia contingentii potest mutari de vera in falsam et viceversa manente una et eadem propositione materialiter et formaliter. Est expressa Doctoris Subtilis in II,  
<sup>25</sup> Dist. 4°, Quaest. 2° dicentis: *propositio seu conceptus est fundamentum respectu veritatis, quae est qualitas accidentalis, quatenus potest in esse sicut potest conformari, et disconformari.* Ex quibus sic arguo: ad veritatem propositionis requiritur conformitas rei enuntiatae,

[p. 201]

sed propositio mentalis potest in uno instanti conformari cum re enuntiata, et in alio non. Ergo propositio mentalis in uno instanti potest esse vera et in alio falsa. Probatur minor: haec propositio mentalis <sup>5</sup> per plura instantia mentaliter repetita: “Petrus sedet”; sed haec propositio mentalis potest in uno instanti conformari cum sessione Petri, et in alio disconformari: ergo in uno instanti est veram et in alio falsa.

**<sup>10</sup> 375. Probatur minor:**

potest in primo instanti sedere revera Petrus, et in secundo revera deambulare; sed hoc po-

sito potest conformari in uno instanti cum sessio-  
ne Petri et in secundo disconformari: ergo. Pro-  
<sup>15</sup>batur major: Petrus revera liber est ad seden-  
dum et ad iter faciendum; sed posito libero Petri arbitrio  
potest Petrus in primo instanti revera sedere,  
et in secundo deambulare: ergo.

**376.** Nec dicam propo-

<sup>20</sup>sitionem istam eandem non esse cum propositione in pri-  
mo instanti, vel propositionem in primo instanti  
importare pro uno, et in secundo pro alio; quate-  
nus in primo instanti enunciat sessionem Petri de  
praesenti, et in secundo de praeterito, et quia verifica-  
<sup>25</sup>tivum propositionis est sessio Petri enuntiata pro  
toto tempore importato per copulam, quae pro-  
positio variatur variata significatione tem-  
poris. Nec dicam inquam quia utrumque falsam  
est nam ut sit una et eadem propositio in utroque  
<sup>30</sup>instanti nihil aliud requiritur nisi quod detur ea-  
dem materia, eadem et propositio, quidemque proposi-

[p. 202]

tionis forma, cum autem in utroque instanti sit ma-  
teria una et eadem; et etiam forma propositio[nis] debet  
esse una et eadem in primo ac in secundo instanti.

**377.** Non valet secundum quia propositio suppo-

<sup>5</sup>nit tunc pro uno instanti pro uno et in illo  
instanti pro alio, quando variatur objectum enuntia-  
tum vel ratione temporis importati per copulam

vel ratione significationis propositionis; sed in propositione abstractiva mentali indeterminata temporis significandi non variatur objectum propositionis et significationem ipsius, quia semper est ejus objectum sessio Petri, et eodem modo repraesentatur, aliunde non variatur ex diversa differentia temporis importata per copulam, quia propositio non denotat nec in primo nec in secundo instanti tempus determinatum, et sic non potest enuntiare in secundo instanti sessionem Petri pro tempore praeterito, quidam praeteritum nullum datur regressum: ergo manet una et eadem propositio esse sentiacter in utroque instanti.

### Argumenta Solvuntur

**378. Argues primo:** ut haec propositio “Petrus sedet” sit vera, debet sessio Petri verificari toto tempore importato per copulam; et ut sit falsa sufficit quod minima pars temporis non existat sessio Petri; sed haec modo nequaquam potest una et eadem propositio de vera in falsam transire, ergo. Probatur minor: vel haec propositio “Petrus sedet” o-

[p. 203]

importat sessionem Petri per tempus determinatum vel non; si primum variatur propositio in secundo instanti, si secundum nulla datur propositio indeterminata significans: ex nullo modo, nullo pactu potest una et eadem propositio de

vera in falsam transire.

**379. Respondeo:** tempus distingui in praeteritum, praesens et futurum; tempus praesens de quo est propositio etiam duplicitate potest sumi: vel quatenus importat tempus praesens ut sic, vel quatenus importat tempus praesens et etiam determinatam temporis differentiam, quae solum potest designari per instanti A.C.B. ad modum quo haec vox “homo” denotat animal determinatum, nempe rationale specificē distinctum ad irrationali, et tamen non denotat Petrum vel paulum, pariter etiam haec propositio “Petrus sedet”, licet tempus sit praesens et denotat sessionem petri de praesenti, non denotat<sup>36</sup> determinatam differentiam temporis praesentis, et cum aliunde sit propositio mentalis, quae per plura instantia valet intellelctualiter repeti potest Petrus revera sedere in primo instante et in secundo surgere, ex quo propositio redditur vera in primo instanti et in secundo falsa manente eadem. **Instabis:** objectum hujus propositionis non est unum et idem in utroque instanti: ergo quamvis materia et forma sint eadem, propositio variatur essentialemente. Probatur antecedens: objectum propositionsi in primo instanti in quo revera Petrus sedat et sessio Pe-

<sup>36</sup> Lectura dudosa.

[p. 204]

tri, et in secundo instanti in quo revera Petrus non sedet est carenti sessionis; sed sessio et ejus carentia non sunt idem: ergo objectum propositionis in utroque instante non est idem. Probatur major:  
<sup>5</sup> objectum propositionis in utroque instanti est verificativum propositionis; sed verificativum in primo instanti est sessio Petri et in secundo ejus carentia: ergo.

**380. Respondeo:** objectum propositionis est illud quod propositione enuntiatur; utroque in instanti eisdem terminis enuntiatum sessio Petri, quae debet veriticari non solum ex parte intellectu percipientis sed etiam ex parte Petri sedentis ut propositio esset in utroque instanti vera; falsum enim est quod carentia sessionis Petri sit objectum propositionis; ad hoc quippe requiritur quod propositio in aliquo instanti ita dicere “Petrus non sedet”, quae cum contradictoria sit primam propositionis debet habere pro objecto carentia sessionis modo quo prima positio habet pro objecto sessionem impsam Petri.

**381. Argues secundo:** major contradictio datur inter veritatem et falsitatem quam inter propositionem abstractivam, et determinatum tempus significandum; sed nulla propositio abstractiva potest determinatum tempus significare; ergo ipsam nulla propositio vera potest infalsam transire. Probatur major. Major contradictio

datur in qualitate essentiale propositionis quo

[p. 205]

inter accidentia; sed veritas et falsitas sunt qualitates essentiales propositionis, esse vero abstractivae et determinatum [temporis] sunt accidentia. Ergo. Major est evidens quia nulla datur propositio nec dari<sup>5</sup> potest, quae non sit vel determinate vera, vel determinate falsa.

**382. Respondeo:** veritatem vel falsitatem esse qualitates accidentales enuntiationum praecipue in propositionibus abstractivis: nam cum propositio<sup>10</sup> ex intrinseco sui nihil habeat praeter materiam, et formam, quarum primae sunt ipsi terminis propositionis, qui si necessarii sint propositio redditur necessaria, contingens si contingentes, possibilis si termini sint possibles, et denique impossibilis, si termini<sup>15</sup> repugnant; forma est artificiosa dispositio terminorum: veritas non oritur a materia propositionis, nec etiam falsitas a forma vero minime.

**383.** Certum equidem est quod nulla datur propositio nec dari potest, quae non sit determinate vera vel falsa<sup>20</sup> ut quaestione sequenti amplius patebit: tamen propositio quae semel vera est non est ita vera ut semper et pro semper vera sit, quia vel est vera quia denotat determinatam temporis differentia in quq objectum est sicut in ipsa enuntiatur, et tunc finita differentia<sup>25</sup> temporis, et ipsa veritas propositionis ruit, vel est

vera quia enuntiat praedicatum conveniens subjecto  
et tunc toto tempore convenientiae stabit veri-  
tas. Hic notate quod veritas est duplex, formalis  
una, et objectiva alia; veritas formalis oritur  
<sup>30</sup> a convenientia formali praedicati cum subjecto

[p. 206]

vel ab existentia objecti enuntiati modo quo  
enuntiatur; veritas objectiva oritur a reprae-  
sentatione objecti intellectui facta, unde mul-  
tities contingit quod eadem propositio quae ob-  
<sup>5</sup>jectiva vera est sit falsa formaliter.

QUAESTIO SECUNDA.

UTRUM EX DUABUS PROPOSITIONIBUS

DE FUTURO CONTINGENTI

UNA SIT DETERMINATE

<sup>10</sup> VERA ET ALTERA DETERMINATE

FALSA?

**384.** Pro veritate objectorum variatur veritas en-  
untiationum, et quia objecta alia sunt praesentia,  
alia praeterita, alia denique futura, etiam dupli-  
<sup>15</sup>ter possunt considerari, alia sunt contingentia  
quae pendent ex libera voluntate homini non  
in esse futuritionis, sed in esse existentia rei enun-  
tiatae, v. g. in hac propositione “Petrus cras dis-  
putabit”, quia Petrus crastina die potest dispu-  
<sup>20</sup>tare et non disputare idcirco disputatio est fu-  
tra contingens.

**385.** Aliud est futurum necessarium, cuius existentiam pertinet a voluntate Dei ut in ista propositione: “Petrus cras eam habebit sor-<sup>25</sup>tem”, quia Deuses ipsi dederit. De veritate et falsitate propositionum de futuro necessario non est nobis in praesenti, sed tantum de veritate et falsitate propositionum de futuro contingentibus

[p. 207]

de quibus quaeritur an habeant determinatam veritatem quia contingentes. Quare

**386. Sit conclusio.**

Ex duabus propositionibus de futuro contingentibus una est determinata vera, et altera determinata falsa.<sup>5</sup> Probatur conclusio: haec sunt propositiones contradictoriae de futuro contingentibus: “Petrus cras disputabit”, “Petrus cras non disputabit”, sed ex his propositionibus una est determinata vera et altera determinata falsa.<sup>10</sup> Ergo ex duabus propositionibus de futuro contingentibus altera est determinata vera et altera determinata falsa. Probatur minor: ex his duabus propositionibus una est determinata conformis cum objecto enuntiato, et altera est disconformis: sed propositionis<sup>15</sup> conformis cum objecto enuntiato est determinata vera, et propositionis disconformis est determinata falsa. Ergo ex his duabus propositionibus una est determinata vera, et altera determinata falsa.

<sup>20</sup> **387.** Probatur aliter conclusio: Deus determinate cognoscit futura contingentia; sed ex determinate cognitione Dei sequitur veritas futuris.  
Ergo propositio de futuro contingentи posito divino decreto est determinate vera. Nunc sic  
<sup>25</sup> sed quaevis propositio nequit esse determinate vera, quin ejus contradictoria sit determinate falsa: ergo ex duabus propositionibus contradictорias de futuro contingentи una est determinate vera et altera determinate falsa.

**<sup>30</sup> Solvuntur Argumenta**

**388. Argues primo:** vel destruitur libertas hominis vel pro-

[p. 208]

positiones de futuro contingentи non sunt determinate verae nec determinate falsae; sed primum dicere est haereticum, ergo secundum. Probatur major: vel homo positо divino decreto futuritionis non potest agere id  
<sup>5</sup> quod futurum est, vel potest; sed si primum destruitur libertas hominis quae fundatur in potentia ad utrumque; si secundum propositioens de futuro contingentи non habent detgerminatam veritatem vel falsitatem: ergo stat major.

**<sup>10</sup> 389.** Urgetur ratio:  
haec est propositio de futuro contingentи: “Petrus cras peccabit”; sed haec propositio nunc non est determinate vera, quia nondum datur peccatum Petri,

aliunde non est determinate falsa quia Petrus po-  
<sup>15</sup>test peccare; equidem non in sua libera potestate pec-  
catum ponere vel non ponere, nisi dicatur Petrum  
necessario peccari vi decreti, quod plusquam absur-  
dum est, alibi hoc peccatum Deum puniendum esse, et non Pe-  
trum. Ergo ne haec absurdita sequantur ex continénen-  
<sup>20</sup>tem veritatem contingentium propositionum debe-  
mus admittere relicta determinata.

**390. Respondeo** quod quae-  
libet propositio de futuro sit determinate vera  
non requiritur actualis determinatio objecti, nec actu-  
<sup>25</sup>ali praesentia, sed sufficit alia quae est importata  
per copulam, quia objectum propositionis tantum reprae-  
sentatione influit in propositione ipsa, alias non essent  
verae haec propositiones: “Christus passus est pro nobis”,  
nec haec alia “Christus venturus est judicare vi-  
<sup>30</sup>vos et mortuos”, quarum objecta praesentia non sunt;  
Passio enim habetur ut prae et nihilominus haec  
est vera et fidei credenda.

[p. 209]

**391.** Alterius propositionis objectus nempe adventus Chris-  
ti est futurum, et tamen propositio nec est determi-  
nate vera et fidei nostrae dogma: unde sufficit  
praesentia objecti enuntiata per copulam; nec dicam  
<sup>5</sup>propositionem de futuro esse determinate veram  
pro illo tempore importato per copulam, et non  
pro termpore praesente, quia haec propositio “Pe-  
trus cras disputabit” crastina die non erit vera

sed haec alia “Petrus nunc disputat”, quia tunc  
<sup>10</sup> datur disputatio de praesenti, quae est objectum propositionis. Minime aufert libertatem decretum futuritionis, quia cum Deo omnia sunt parecencia, certe scit Petrum crastina die determinatum vel non ad disputandum, et licet in sensu divi-  
<sup>15</sup>so disputationis, id est propriori ad disputationem, liber sit Petrus ad disputandum vel non, quatenus potest disputare vel non disputare; in sensu composito disputationis, id est in ipso actu exercito disputationis non potest non disputare.

<sup>20</sup> **392.** Ex hoc autem minime sequitur quod Petrus necessario disputet tamquam a causa extrinseca necessitante voluntatem Petri ad disputandum, quia Petrus disputat quatenus ex esse ad disputationem determinatam  
<sup>25</sup> et sic qui necessitatem possit ex sua libera voluntate non necessario sed libere operatur: salvatur ergo libertas posita determinata veritate vel falsitate propositionum de futuro contingentium.

[p. 210]

**393. Argues secundo:** propositio cuius objectum non est determinate futurum non potest habere determinatam veritatem vel falsitatem, sed objectum propositionum de futuro contingentium non est determinate futurum: ergo propositio de futuro contingentium non est determinate vera, nec determinate falsa. Probatur minor: ob-

jectum propositionis de futuro contingentis est  
futuro contingens; sed futurum contingens non  
est determinate futurum: ergo objectum propositionis  
<sup>10</sup> de futuro contingentis non est determinate futu-  
rum. Probatur minor: quod est determinate futurum est necessa-  
rio futurum; sed quod necessario futurum non est contin-  
gens futurum: ergo quod futurum contingens non est deter-  
minate futurum. Probatur major: quod est<sup>37</sup> deter-  
<sup>15</sup>minate futurum Deus certe praecedet, sed quod De-  
us certe praecedet est necessario futurum: ergo  
et determinate futurum est necessario futurum. Probatur  
major: quod Deus certo praecedet est ita sicut Deus ex-  
istit: Deus necessario existit, ergo quod Deus certo  
<sup>20</sup> praecedet est necessarie futurum.

**394. Respondeo:** objectum pro-  
positionum de futuro contingentis non esse determi-  
natum actum et exercite, quia actualiter non ex-  
ercetur id quod futurum enuntiatur, est tamen de-  
<sup>25</sup>terminatum signate pro illa temporis diffe-  
rentia importata per copulam; nam quam-  
vis voluntas mea, v.g. nunc sit indifferens  
ad amandum vel non amandum, tamen quia cras-  
tina die v.g. electura est unam ex duabus

[p. 211]

jam nunc determinate futurus amor crasti-  
no vel ejus parentiae; nec dicas divinan parecen-

<sup>37</sup> Sigue una palabra tachada.

tiam facere in me necessarium actum amoris quia un-  
llum ponit praesentia necessitatem in voluntate mea,  
<sup>5</sup> nam ut inquit S. Augustinus Libro 3º *De libero*  
*arbitrio*, capite quarto: “non ideo futura sunt  
futura quia a Deo praesciuntur, sed ideo praesi-  
sciuntur quia futura sunt”.

**395.** Quamvis enim prea-

<sup>10</sup> scientia divina sit at[?] orta a parte ante, non obstat  
quod futura sint priora praescientia divina, nam  
qua duplex est prioritas. Prima est originis qua quis  
dicitur prior alio quatenus illi dat originem; sic  
Pater Aeternus dicitur priori Filio, et Filius dici-  
<sup>15</sup>tur prior Spiritu Sancto, quatenus Filius a Pa-  
tre procedit, et Spiritus Sanctus ab utroque, et  
tamen prioritate temporis nulla ex tribus per-  
sonis prior.

**396.** Alia est prioritas naturae quia dividitur pri-

<sup>20</sup> or a causa suo effectu, sic sol dicitur prior luce,  
quamvis simul et in eodem tempore ambo existant. Alia est prioritas temporis, qua quis dici-  
tur prior alio in aliquo saltem temporis instan-  
ti, sic dicitur prior pater in creatis filio, cui  
<sup>25</sup> dat esse. Alia denique est prioritas ex suppositione,  
qua dicitur prior res illa, quae prius obicitur  
quamvis haec sit posterior alia sive natu-  
ra sive tempore; ex quo clarescat quo modo

[p. 212]

futura etsi posteriora divina praescientia natura sive origine sunt tamen priora prioritate ex suppositione, quia sunt id quod prius obicitur, et cum ex parte divini intellectus detur vera et realis<sup>5</sup> cognitio cuius objectum sunt futura, futura representantur mente divinae.

**297. Argues tertio:** futura

conditionata non sunt determinate futura; sed dantur propositiones de futuro conditionato;  
<sup>10</sup> ergo saltem hae propositiones nullam habent determinatam veritatem vel falsitatem. Probatur major: futura conditionata non sunt futura necessario; sed si non sunt necessario futura non sunt determinate futura: ergo futura conditionata non sunt determinate futura.<sup>15</sup>

**398. Respondeo.** Duplici

modofutura possunt esse futura, determinate absoluto et ex supositione; absolute futura sunt ea quae absolute enuntiantur in propositione, et non adunt sub aliqua conditione, talia sunt futura necessaria. Alia sunt futura determinata ex suppositione, quae conditionatae enuntiantur propositione, et conditio est requisitum sine quo non verificantur futura, et posita<sup>20</sup> conditione jam est totum requisitum ad determinatam existentiam futuri.<sup>25</sup>

**399. Ad veritatem propositionis**

de futuro solum requiritur quod futu-  
rum sit futurum modo quo enuntiatur a propositione, cum

[p. 213]

autem in propositionibus de futuro conditionato  
tantum conditionate enuntiatur futurum, tunc  
estque propositiones de futuro conditionato habent  
determinatam veritatem ex suppositione, et modo  
<sup>5</sup> quo futurum enuntiatum est fuerum. Hic ad-  
vertite quod conditiones aliae sunt pertinentes ad rem  
seu habentes necessariam conexionam cum effectibus  
enunciatis, ut in haec propositione: “Si Petrus  
studet, sciet”, quia studium dicit necessariam conexi-  
<sup>10</sup>onem cum scientia; aliae sunt condiciones quae  
non pertinent ad rem seu non habentes conexionem  
cum effectibus enunciatis, seu sunt quasi pro-  
positiones disparatae, ut ista: “Si Petrus studet,  
scit Joannes”, in qua propositione nullam habet  
<sup>5</sup> conexionem studium Petri cum scientia Joannis;  
haec futura non sunt proprie futura quare de  
prioribus procedit quaestio.

DISPUTATIO TERTIA  
DE PERTINENTIBUS AD TERTIAM  
<sup>20</sup> INTELLECTUS OPERATIONEM

**400.** Hucusque egimus de terminis et proprietatibus  
eorum, nunc autem pertractare licet de argu-  
mentatione utpote ad tertiam intellectus opera-

tionem pertinente, ut pauca de singulis intellectus operationibus discutiantur in Logica Disputabili; et cum tercia intellectus operatio sit discursus, qui solum via argumentationis omnibus manifestus est, oportet prius scire quid sit argumentatio. Quare sit

<sup>30</sup> QUAERES PRIMUM  
IN QUO FORMALITER CONSISTIT ARGUMENTATIO

[p. 214]

**401.** Jam saepe diximus quod in omni argumentatione tria necessario inveniri debent judicia vel implicite vel explicite posita, quorum si explicite ponantur primum dicitur major extremitas, secundum <sup>5</sup> minor, tertium consequens seu consequentia non minantur. Hic notate quod ex judiciis appositis duplex oritur judicium, unum dicitur consequentiae, et est sententia intellectus judicantis de conexione terminorum in praemissis; aliud dicitur judicium <sup>10</sup> consequentis, et es actus intellectus quo judicat de conexione antecedentis cum consequenti.  
His notatis

**402. Sit conclusio.**  
Argumentatio formaliter sumpta consistit in <sup>15</sup> judicio consequentis. Probatur breviter conclusio: in eo formaliter consistit argumentatio per quod distinguitur ab aliis operationibus intellectus.

Ergo argumentatio formaliter consistit in judicio consequentis. Probatur minor: prima mentis <sup>20</sup> operatio est simplex perceptio rei absque affirmatione vel negatione. Secunda quae judicium dicitur est cognitio rei affirmando vel negando: sed per haec non distinguitur argumentatio ab his duabus operationibus: ergo distinguitur <sup>25</sup> quatenus infert judicium unum vel duabus explicite positis, vel ex uno implicito et alio explicito.

**403.** *Enim vero intellectus inferre non potest judicium unum ex alia ex notitia terminorum, quia isti etiam sunt in ideis, nec ex notitia subjecti et praedicati, quia sunt termini*

[p. 215]

judiciorum; ergo praeceps inferentia fundatur in cognitione convenientiae antecedentis cum consequentis; sed haec convenientia vocatur judicium consequentis. Ergo formaliter <sup>5</sup> consistit argumentatio in judicio consequentis.

### Solvuntur Argumenta

**404. Argues primo:** argumentatio formaliter sumpta nequit esse quin dentur praemissae; sed praemissae debent constare materia; ergo in materia praemissarum stat formaliter argumentatio. Probatur major: argumentatio est

judicium illatum ex praemissis antea positis; sed eo ipso formaliter consistit in praemissis sine quibus nulla datur argumentatio: ergo argumentatio<sup>15</sup> praecise debet constare praemissis.

**405. Respondeo:** argumentatio duplicit potest considerari, quatenus in mente retinetur et est pure mentalis, quae proprio formalis dicitur, vel quatenus verbis exprimitur;  
<sup>20</sup> primo modo considerata argumentatio non est necesse quod dentur praemissae quae constant materia et forma, sufficit enim quod intellectus ex judicio considerato aliud judicium inferat in quo solum distinguitur argumentatio ab aliis operationibus intellectus, quia materia communis est aliis nempe judicio et perceptionibus, et nullum distinguitur ab alio per id quod commune est omnibus. Talia argumentatio modus sciendi

[p. 216]

quod si materialiter consideretur in praemissarum illatione consistit, quatenus est artefactum materiale constant terminis tamquam ex materia, et dispositione tamquam ex forma.

<sup>5</sup> QUAESTIO PRIMA.  
UTRUM INTELLECTUS ASSENTIENS PRAEMISSIS  
LEGITIMI SYLLOGISMI CONSTRUCTI  
IN MODO ET FIGURA  
TENEATUR ASSENTIRI

**10 CONCLUSIONES**

DEDUCTAE?

**406.** Quamvis conclusio sit judicium quod inferatur ex praemissis intellectus tenetur assentiri conclusioni deductae ex praemissis syllogismi quibus <sup>15</sup> assensum praebuistit; tamen quia duplex est necessitas, alia significationis seu contrarietatis, qua intellectus necessitatur taliter in positis omnibus requisitis ad actum non possit delicere contrarium actum, sed tantum suspensus permanebit; <sup>20</sup> alia est necessitas exercitii seu contradictionis, qua intellectus necessitatur taliter ut minimum possit contrarium actus elicere nec suspensus permanere.

**407.** Intellectus necessitari concessio <sup>25</sup> praemissis legitimi syllogismi pene omnes fatentur; tamen quia dupliciter potest intellectus teneri ad assensum conclusionis deductae, nempe necessitate exercitii vel necessitate specificationis, duplex est Philosophorum opinio circa <sup>30</sup> subjectum materiam: alii tenent intellectum necessi-

[p. 217]

tari ad assensum conclusionis sola necessitate exercitii, idem ad assensum conclusionis quae immediate vel mediate ex praemissis infertur; aliisque majori fundamento nitantur asserentes intellectus tenet ad assensus conclusionis, <sup>5</sup>

quae immediate infertur ex praemissis legiti-  
mi syllogismi in modo et figura constructi.

Nos vero

**408. Afferimus:** intellectum teneri seu ne-  
<sup>10</sup>cessitare duplex necessitate exercitii et specifi-  
cationis ad assensum conclusionis deductae ex  
praemissis legitimi syllogismi, praestito assensu  
praemissarum. Probatur conclusio: intellectus tenetur  
tam necessitate exercitii, quam necessitate  
<sup>15</sup>specificationis ad omne id quod continetur  
in praemissis; sed conclusio legitimi syllogis-  
mi continetur in praemissis: ergo intellec-  
tus praestito assensu praemissarum legitimi  
syllogismi tenetur utroque necessitate ad assen-  
<sup>20</sup>sum conclusionis deductae. Probatur minor: Major  
syllogismi conclusionem efformat, efformat  
minor quae oculis ponit: ergo conclusio in syllo-  
gismo legitimo in praemissis continetur.

**409.** Urgetur ratio: hoc syllogismo in prima figura  
<sup>25</sup>quae directe concludit: “omne animal est subs-  
tantia; sed omnis substantia exsistit per se. Ergo  
omne animal existit per se”. In hoc syllogis-  
mo intellectus tenetur ad assensum conclu-  
sionis ex veritate praemissarum in quibus

[p. 218]

continetur veritas conclusionis.

### Solvuntur argumenta

**410. Argues primo:** concessis praemissis legitimi syllogismi potest intellectus cognoscere falsitatem conclusionis<sup>38</sup>;  
sed ex ipso non tenetur ad assensum conclusionis: ergo intellectus non tenetur assensis praemissis ad assensum conclusionis deductae. Probatur major: hoc unico syllogismo: “omne al<sup>10</sup>bum est proficuum; sed omnis lux est alba: ergo omnis lux est proficia”. In hoc syllogismo concessis praemissis intellectus non tenetur assentiri conclusioni, quia falsa: multoties enim contingit quod lux nociva<sup>15</sup> est visionis. Ergo intellectus assensis praemissis legitimi syllogismi non tenetur assentiri conclusioni deducta.

**411. Respondeo:** quod quamvis intellectus subjectus sit voluntati utpote potentia<sup>20</sup> necessaria. et inferioris ordinis, hoc debet intelligi quantum ad directionem objecti quod non sit clare cognitum cum autem conclusio deducta ex praemissis postquam intellectus praebet assensum ipsiis sit veritas clare cognita, intellectus tenetur<sup>25</sup> assentiri veritati conclusionis, quia in visceribus praemissarum totum esse conclusionis deducdae formaliter continetur.

**412. In syllogismo**  
autem adducto inter argendum solum tenetur

<sup>38</sup> Siguen tres palabras tachadas.

[p. 219]

intellectus ex assenso praestito praemissis ad assensum conclusionis, quia quamvis una praemissarum sit falsa, tamen syllogismus est rectus in modo et figura, et solum in materia  
⁵ defectuosus: unde quia clare ex praemissis infertur clare conclusio tenetur intellectus vi inferentia praebere assensum conclusionis deductae.

**413. Argues secundo:** sicut objectum voluntatis  
¹⁰ est bonum ita objectum intellectus est verum, sed ita est objectum voluntatis bonum ut possit voluntas non amare bonum; ergo etiam ita est objectum intellectus verum ut possit intellectus non cognoscere verum. Probatur major: sicut voluntas tendit in  
¹⁵ objectum bonum cognitum ut tale, ita intellectus tendit in objectum verum ut tale cognitum: ergo sicut objectum voluntatis est bonum ita etiam objectum intellectus est verum.

**414. Respondeo:** fateor ingenuo objectum  
²⁰ intellectus esse verum; sicut objectum voluntatis bonum, et etiam eodem modo se habere intellectum ad verum ut voluntatem ad bonum sive necessitate specificatione loquatur, quatenus voluntas non potest amare aliquid nisi sub  
²⁵ ratione boni, sicut intellectus non potest cognoscere nisi verum sub ratione veri, quia omne id quod cognoscitur ab intellectu dicitur verum veritate transcendentali, quae

est una ex proprietatibus entis; sed volun-

[p. 220]

tas utpote domina reliquarum potentiarum animae adhuc possitis omnibus requisitis ad amandum potest non amare obejctum bonum cognitum ut tale, et potest ad minus suspensa permanere.

**415.** Intellectus vero, qui potentia necessaria est, positis omnibus requisitis ad cognoscendum, non potest non cognoscere; ad modum quo ignis, qui pollet virtute activa necessaria posita debita applicatione ignis ad comburendam stupam non potest non eam comburre; et quamvis intellectus in propositionibus fidei subjectus sit voluntati, quia prius requiritur voluntatis assensum, ex hoc non sequitur quod intellectus gaudet libertate voluntatis ad assensum propositionis, quia intellectus tantum subjicitur voluntati in perquirendo objecto determinato cognitoris, quo posito etsi voluntas renuat amare objectum vel saltem indifferens perseveret intellectus necessario cognoscit objectum proportionatum.

**416. Argues tertio:**

non minor conexio datur praemissas inter et conclusionem, quam inter duas propositiones contradictoriae;

sed intellectus assentiens propositioni<sup>39</sup> non tenetur dissentiri ejus contradictoriae<sup>40</sup>. Probatur major: sicut nulla datur propositio cuius contradictoria non sit, ita etiam nulla datur praemissae ex quibus non inferatur conclusio; ergo non minor conexio datur conclusionem inter et praemissas quam inter duas propositiones contradictorias.

**417. Respondeo:** utique intellectus non tenetur ad

[p. 221]

dissensum propositionis contradictoriae, adhuc praestito assensu ejus oppositiae, si intellectus non objicitur ejus contradictio seu oppositio, ut communiter accidit inter disputandum, ubi substantans libenter assensum praebet propositionibus nihil curans saltem explicite de earum contradictoriis; pariter enim si praestito consensu intellectus praemissis legitimi syllogismi, ei non objiciatur veritas conclusionis deductae, intellectus non teneat assentiri conclusionem<sup>41</sup>, vel quia non necessario vel ob aliam causam intellectus tam ex praemissis postquam praebuit assensum praemissis tenetur intellectus assentiri conclu-

<sup>39</sup> Palabra tachada y corregida arriba, de otra pluma.

<sup>40</sup> Tacahdo corregido arriba, de de otra pluma: *eius contradictorioiae*.

<sup>41</sup> Entre líneas y de otra pluma (tal vez otra mano): *intellectus non teat assentiri conclusionem*.

<sup>42</sup> Sigue una línea tachada.

sioni deductae<sup>43</sup>.

<sup>15</sup> QUAESTIO SECUNDA

ET ULTIMA.

UTRUM SCIENTIA, FIDES ET  
OPINIO SIMUL ESSE QUEANT

IN EODEM INTELLECTU

<sup>20</sup> CIRCA IDEM OBJECTUM

PER EANDEM RA-  
TIONEM

**418.** Scientia ut jam diximus, **est cognitio certa**  
**et evidens rei necessariae per demonstrationem**

<sup>25</sup> **adquisita**, qua definitione clare distinguitur  
scientia a fide et opinione, quarum prima si  
divina testimonia nitantur, ut inquit Aposto-  
lus ad Hebaraeos, capite undecimo: *sper-*

[p. 222]

*randardarum substantia rerum argumentum non appa-  
rentium; unde fides divina non nititur in principi-  
is per se notis, nec demonstratione adquisitis;  
si humano testimonio nitatur fides,*  
<sup>5</sup> *quae vulgo fides humana dicitur, nihiul aliud  
est quam assensu praestitus testimonio quod fun-  
datur in puris et simplicibus hominum ver-*

<sup>43</sup> Al margen, de otra pluma (tal vez de otra mano): *sed ex suppositione quod  
intellectui objiciorum utpote necessaria quomodo educta ex praemissis postquam  
praebicit assensum praemissis teneatur immo assentiri conclusioni deductae.*

bis, quo credimus ea quae dicta sunt nobis ab hominibus, qui falli et fallere possunt.

**10 419. Opinio**

est assensus alicujus rei cum formidine de opposito,  
hoc modo opinative tantum tenemus ea quae  
nobis non sunt per se nota et de quorum verita-  
te adhuc ambiget intellectus. Fides, scientia  
**15** et opinio dupli modo possunt sumi, nempe ac-  
tualiter et habitualiter; quaestio non proce-  
dit de habitibus scientiae, fidei et opinionibus,  
qui quidem in nobis dantur adhuc positis acti-  
bus. Controversia est etiam inter auctores an pree-  
**20**dicti actus scientiae, fidei et opinonis possut  
esse circa idem objectum saltem per diversa me-  
dia; fides enim ut omnibus actum est, sem-  
per diversis mediis habetur ac habentur  
scientia, et opinio; quare

**25 420. Sit conclusio.**

Scientia, fides et opinioa ctualiter simul  
et semel nequeunt esse in eodem inbtellectu,  
circa idem objectum penes eandem rationem.

[p 223]

Probatur conclusio primo de scientia et fidei; nequit inte-  
llectus actualiter et simul evidenter cognoscere  
rem aliquam et evidenter non cognoscere penes ean-  
dem rationem; sed si habueret intellectus simul  
**5** actum fidei et scientiae, simul evidenter cognos-

ceret et non cognosceret rem aliquam penes eandem rationem; ergo actus scientiae, et fideri nequeunt esse simul in eodem intellectu circa idem objectum penes eandem rationem. Probatur major:  
<sup>10</sup> nequit intellectus habere actum completum simul et non habere circa eandem rem et penes eandem rationem; sed actus quo evidenter cognoscit est actus completus, et actus quo non cognoscit est actus incompletus, ergo nequit  
<sup>15</sup> intellectus simul et semel cognoscere unam et eandem rem et non cognoscere eam penes eandem rationem.

**421.** Probatur secundo de opinione et scientia: nequit intellectus scire et simul debitare; sed scientia est cognitio certa, opinio autem est cognitio cum praemidine de opposito: ergo nequit esse in eodem intellectu opinio simul et scientia circa idem objectum penes eandem rationem. Probatur major: nequit intellectus perfecte quiesci ad conspectum  
<sup>25</sup> objecti repraesentati, et simul desiderare perfectam objecti claritatem; sed intellectus per scientiam, utpote cognitio per demonstrationem habita perfecte quiescit, opinative autem cognitio objecto am-

[p. 224]

igit intellectus certitudine objecti. Ergo nequit intellectus simul scire et perfecte cognoscere objectum penes unam rationem et simul dubitare de illo penes eandem.

**5 422.** Confirmatur quoad partem ex mutua exclusione quam dicunt definitiones scientiae, fidei et opinionis. Scientia in primis ut omnes logici fatentur, fundatur in principiis primis per se notis, nam juxta communem philosophorum consensum non est vera scientia alicujus rei ea, quae non reducitur usque ad prima principia. Fides autem non fundatur in principiis per se notis sed in verbo Dei, si divina fides sit, vel in verbo hominum, si fides sit humana; **15** opinio autem fundatur in rationibus probativis quibus pro utroque parte intellectus ambigit; sed ea quae fundantur in verba Dei, vel homini et ea quae fundantur in rationibus probativis mutuo se excludunt taliter ut nec utiquam **20** esse possint simul: ergo actus scientiae, fidei et opinionis, quo ita fundantur, simul nequeat esse in eodem intellectu circa idem objectum penes eandem rationem.

### Argumenta Solvuntur

**25 423. Argues primo** Joannis capite vigessimo, ita loquitur:  
*quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui non viderunt et crediderunt:* sed ex his verbis aper-te colligitur Thomam credidisse id ipsum quod vidit; ergo saltem scientia et fides possunt esse

[p. 225]

simul in eodem intellectus circa idem objectum penes

eandem rationem. Probatur minor: quod Thomas vidit,  
et manibus contractavit fuit corpus Christi, sed  
ipsum creditit: ergo Thomam quod vidit creditit.

**5 424. Respondeo:** Thomam aliud vidiisse et aliud credidisse,  
inquit Sactus Gregorius Magnus Homilia  
vigessima sexta in Evangelio, per haec verba:  
*aliud vidi et aliud credidit Thomas, divinitas  
enim a mortalai homine videri non potest, vi-*  
*10 dendo enim corpus credidit divinitatem, ideo-*  
*que exclamavit: “Dominus meus et Deus  
meus”;* et quanvis verba Christi Domini co-  
relative sint ad unum et idem objectum tamquam  
fuisset corpus Christi, Thomae objectum fidei si-  
*15 mul et scientia, quia reliquit Apostoli et  
discipuli Domini qui erant congregati non vide-*  
rant Divinitatem, et nihilominus fidem ha-  
bebant; Thomas enim ut iniquitu Sanctus Augus-  
tinus, non solum dubitabat de corpore Chris-  
*20 ti, sed etiam de divinitate.*

**425.** Caeteri autem divinita-  
tem credebant, quam numquam viderant, et quia  
Thomas ex visione seu sensatione corporis  
credidit divinitatem quatenus purus homo a mor-  
*25 tuis resurgere non poterat, et esse in loco ubi erant  
clausis januis; ideo aliud fuit objectum scientiae  
et aliud fidei, sic etiam Beata Virgo id ipso quod  
ab angelo nuntiatum fuerat de incarnatione  
Christi Domini creditit simul et cognovit  
*30 postquam, scientia experimentali cognovit**

[p. 226]

conceptum non fuisse ope viri.

**426. Argues secundo:** gaudium et  
tristitia mutuo se excludunt sicut scientia  
et fides circa idem objectum; sed gaudium et tristitia  
5 possunt esse in eodem intellectu simul circa  
idem objectum; ergo etiam scientia et fides. Probatur minor:  
in Christo Domino una eademque morte erat ob-  
jectum gaudii simul et tristitiae: ergo tristitia,  
et gaudium possunt esse in eodem intellectu circa  
10 idem objectum.

**427. Respondeo:** non minus pugnare gaudium  
et tristitiam quam scientiam et fidem actualem  
circa idem objectum penes eandem rationem; nam  
sicut impossibile est quod unum et idem objectum evi-  
15dens sit nobis, simul et inevidens penes eandem  
rationem gaudio simul et tristitia: mors enim  
afficiebat gaudio et tristitia Christum Dominum  
sub diversis respectibus consideratur, gaude-  
bit enim quatenus mors erat redemptio ge-  
20neris humani, et peccatorum nostrorum remissio;  
tristebat autem et maerore afficiebantur, qua-  
tenus mors nimis dura et adversa naturae  
erat.

**428. Argues tertio:** ipsa demonstratio scientifica potest  
20 esse fundamentum ut fide teneatur id ipsum quod scienti-  
fice cognoscitur; sed ita scientia et fides circa idem  
objectum possunt esse in eodem intellectu: ergo possunt esse

scientia et fides in eodem intellectu circa idem objectum  
penes eandem rationem. Probatur major: potest mori-  
<sup>25</sup>bundus in extremis constitutus rationibus de-  
monstrativis sufficienter probare exis-

[p. 227]

tentiam Dei, et aliunde credere Deum existere  
sub speciebus panis et vini in manibus Sa-  
cerdotis ipsi ministrantis Eucharistiam; sed  
hoc in casu rationes demonstrativaes sunt fun-  
<sup>5</sup>damentum ad credendum id ipsum quod ratione  
cognoscitur: ergo denique accendentem ad De-  
um opotet credere ut inquit Apostolus.

**429. Respondeo:** rationem demonstrativaes possunt esse fun-  
damentum addendum id ipsum quod ratione demons-  
<sup>10</sup>tratur seu cognoscitur, taliter ut si ra-  
tio dubitandi certum esse quod ratione cognoscitur  
seu demonstratur, nego majorem; rationes  
probativaes possunt probare fundamentum  
ad credendum quod certo cognoscitur, quin re-  
<sup>15</sup>linquat rationem dubitandi de certitudine,  
concedo majorem. Ad probationem vero notanda  
est duplex existentia Dei qua potest mori-  
bundus credere, et cognoscere: ratione de-  
monstrativa et scientifica potest moribund-  
<sup>20</sup>dum, sicut et catholici philosophi possunt imo  
et debent contra Atheos probare existen-  
tiā Dei, ut auctor natura ex rerum crea-  
tarum existentia, et simul ex dependen-

tia quam dicunt a prima causa; tunc etiam  
25 ex mirabili mundi structura et invari-  
ato astrorum motu, quae omnia a puro ho-  
mine fieri non possint.

**430.** Ad homo rationibus

[p. 228]

probativis seu demonstrativis non potest proba-  
re existentiam Dei ut auctor gratiae, quia  
hoc non cadit intra sphaera possi-  
bilis scientiae nostrae quatenus ipse remu-  
5nerator est non vi bonorum operum sed ex sua  
sola dignatione, euidem communi est ab homi-  
nibus ejus gratiam prout vult quanto vult,  
cui vult et eo modo vult; hoc est objectum fidei  
in moribundo, et haec est fides de qua legitur  
10 Apostolus dum dicit accidentem ad Deum  
oportet credere: ergo scientia et fides circa  
unum et idem objectum penes eandem rationem  
in eadem intellectus simul nequeunt esse.

**431.** Haec pro disputationibus ad acuendum in-  
15 genium in certamine logicali visa fuerunt  
vobis sufficere sique vera sunt, seu indu-  
bitabilem, Deus ipse auctor gratiae, et ve-  
ritatis opposit vobis me loquente; errores  
vero quam plurimi qui in ipsa minimae  
20 logicae parte inveniuntur filii sunt me  
ignaviae et intellectus de obscuritati nubium

calligine, et perpetua solicitudine veritatis  
unde multoties oritur superbia vitae, error  
et ignorantia.

ANASTASIO MARIANO SUÁREZ OFM

## ÍNDICE

*Celina A. Lértora Mendoza*

|  |    |
|--|----|
| Introducción   | 5  |
| Cursus Philosophicus veterum recentiorumque phylosophorum<br>doctrinas complectens quatuorque continens partes. Logicam<br>nempe, Ethicam, Metaphysicam et Physicam, etc. Jesús Aguatero | 9  |
| Cursus Philosophicus veterum recentiorumque philosophorum<br>doctrinas continens quatuorque in partibus distributus, in Logicam<br>scilicet, Ethicam, Metaphysicam et Physicam           | 9  |
| Praefatio ad praedilectos auditores  | 10 |
| Incipit Prima Pars Philosophiae nempe Logica   | 11 |
| Liber Primus.  |    |
| De pertinentibus ad primam intellectus operationem   | 15 |
| Caput Primum.  |    |
| De vocibus universalibus   | 18 |
| Caput Secundum.  |    |
| De praedicamentis  | 20 |
| Caput Tertium.   |    |
| De variis terminorum suppositionibus   | 22 |
| Caput Quartum  |    |
| Aliqua traduntur adverbia frequenter occurrentia tam in Logica<br>quam in aliis scientiis  | 24 |
| Liber Secundus.  |    |
| De pertinentibus ad secundam intellectus operationem   | 25 |
| Caput Primum.  |    |
| De aliis propositionum divisionibus  | 27 |
| Caput Secundum.  |    |
| De respectivice enuntiationibus seu earum propositionum  | 31 |
| Caput Tertium.   |    |
| De aequipotentia et conversione propositionum  | 35 |

|   |    |
|---|----|
| Liber Tertius.  |    |
| De pertinentibus ad tertiam intellectus operationem   | 37 |
| Caput Primum.   |    |
| De definitione et divisione   | 37 |
| Caput Secundum.   |    |
| De argumentatione et ejus distinctionibus   | 40 |
| Caput Tertium.  |    |
| De syllogismo   | 44 |
| Caput Quartum.  |    |
| De reductionibus syllogismorum de imperfecto ad perfectum   | 50 |
| Caput Quintum   |    |
| De divisione syllogismorum et simul traduntur fallacie, quae inter argendum solent uti                                      | 51 |
| Articulus Unicus  |    |
| Traduntur variae et perutilissima quae deserviunt tunc ad veritatem invenienda, tunc a studendum, et denique ad disputandum | 57 |
| Disputationes in Logicam Magnam deu Disputabilem  | 61 |
| Disputatio Prima.   |    |
| De natura, divisione et objecto Logicae   | 62 |
| Quaestio Prima.   |    |
| Utrum Logica sit scientia   | 63 |
| Argumenta solvuntur   | 65 |
| Quaestio Segunda.   |    |
| Quodnam sit objectum Logicae?   | 71 |
| Argumenta Solutiva  | 75 |
| Quaestio Tertia   |    |
| Utrum Logica sit necessaria ad alias scientias adquirendas  | 78 |
| Argumenta Solvuntur   | 81 |
| Disputatio Prima  | 86 |
| De pertinentibus ad primam intellectus operationem  |    |

|   |     |
|---|-----|
| Quaestio Prima.   |     |
| Unde sit origo idearum?   | 87  |
| Solvuntur argumenta   | 94  |
| Quaestio Secunda.   |     |
| Utrum intellectus efformet aliquas ideas pure<br>intellectuales seu nullomodo a rebus sensibilibus dependentes? | 102 |
| Solvuntur argumenta   | 107 |
| Quaestio Tertia.  |     |
| Utrum dentur in nobis ideae ingenitae sive innatae in sensu<br>cartesianorum?                                   | 113 |
| Argumenta solvuntur   | 118 |
| Quaestio Quarta.  |     |
| Utrum intellectus possit habere idearum nihil aliarum rerum<br>negativarum et quomodo?                          | 133 |
| Argumenta solvuntur   | 136 |
| Argumenta solvundur   | 141 |
| Quaestio Quinta.  |     |
| Quid sit censiendum de idea archetypa Malebranchii?   | 144 |
| Solvuntur argumenta   | 153 |
| Quaestio Sexta.   |     |
| Utrum dentur ideae quae proprie loquendo possint dici falsae?   | 160 |
| Solvuntur argumenta   | 165 |
| Quaestio Septima.   |     |
| Quid sit universale, quotuplex an detur, et per quem actum<br>intellectus fiat?                                 | 173 |
| Solvuntur argumenta   | 177 |
| Quaestio Octava.  |     |
| Quid sit universale logicum et an detur?  | 183 |
| Argumenta Solvuntur   | 187 |
| Quaestio Nona. An natura sit communis per inexistentiam an<br>vero per simplicem indifferentiam?                | 192 |
| Solvuntur argumenta   | 197 |

|  |     |
|--|-----|
| Quaestio Decima.   |     |
| Utrum admittenda sit distinctio formalis realis scotica inter grados superiores et inferiores ejusdem individui creati necnon inter essentiam et singularitatem? | 205 |
| Argumenta Solvuntur  | 211 |
| Disputatio Secunda.  |     |
| De pertinentibus ad secundam mentis operationem  | 221 |
| Quaestio Prima.  |     |
| Utrum propositio contingens quae de praesenti vera est possit mutari in falsam vel econtra?  | 222 |
| Argumenta Solvuntur  | 225 |
| Quaestio Secunda.  |     |
| Utrum ex duabus propositionibus de futuro contingentи una sit determinate vera et altera determinate falsa?  | 229 |
| Solvuntur Argumenta  | 231 |
| Disputatio Tertia.   |     |
| De pertinentibus ad tertiam intellectus operationem  | 237 |
| Quaeres Primum   |     |
| In quo formaliter consistit argumentatio   | 238 |
| Solvuntur Argumenta  | 239 |
| Quaestio Prima.  |     |
| Utrum intellectus assentiens praemissis legitimi syllogismi constructi in modo et figura teneatur assentiri conclusiones deductae?                               | 240 |
| Solvuntur argumenta  | 243 |
| Quaestio Secunda et Ultima.  |     |
| Utrum scientia, fides et opinio simul esse queant in eodem intellectu circa idem objectum per eandem rationem  | 247 |
| Argumenta Solvuntur  | 250 |

Anastasio Mariano Suárez OFM

Logica (1793)

Quaestiones disputatae in Logicam Magnam

Utrum Logica sit scientia

Unde sit origo idearum?

Utrum dentur ideae quae possint dici falsae?

Quid sit universale

De veritati propositionis de futuro

In quo formaliter consistit argumentatio

Scientia, fides et opinio

ISBN 978-987-4483-63-8



9 78987 4483638